

quentius, & vehementius, loquuntur Patres sancti. Hoc nobis fiat est.

## CAPUT XV.

*De lucro cessante, eiusque conditionibus necessariis, ut sit iustus utriusque aliquid percipiendi praeferentem.*

**I.** Argumentum undique involutum, alex replem, explicatione difficile, unius legendis, & fucandis aptissimum, dispiciendum mihi est. Ut disputatio viam apertam, pauca praeferat. Primo scias oportet, usuram quae ad moram coerendam referret, poenam dici; si ad damni reparandum spectat, id quod interest nuncupatur; si ad lucrum respicit, usura proprie appellatur: ita advenit vel ipse Gerardus Noodr *Lib. I. de sen. cap. 111.* Quod ideo dico, ne huius tituli, id quod interest, falsa intelligentia delectari. Sepe enim ab imperitis id quod interest pro lucro cessante usurpatur, quando in lege pro solo damno emergente ponitur. Committitur omnes lucrum cessans illud intelligitur quod mutator intercipitur, seu cessat ratione mutui. Habes paratam pecuniam ad emendas merces parvo pretio, v. g. tempore messis frumentum, oleum, vinum, cum certa spe praefata vendendi maiori pretio tempore opportuno. Ut amico roganti succurras, has pecunias mutuas tradis. Ratione illius mutui tibi cessat lucrum. Quomodo distinguatur lucrum illud a damno emergente, dixi cap. XIII. n. v. Ludovico Lopez *Lib. I. de contr. cap. XIII.* hanc praefati lucri descriptionem perhibet. *Lucrum cessans illud est quod, cum quis possidet, & vellet mediante aliqua negotiatione, vel industria affectu, tunc omittit lucrari, quia in favore alterius aliquid facit, vel quia praepeditur iusto.*

**II.** Alitur apud Patres de hoc titulo sententiam. Antiquiores Theologi eundem referre titulum. Ne gratis allere de videar, transcribere libet quae scribit P. Dominicus Soto, Theologus sane gravissimus de *iust. & iur. Lib. VI. quest. 1. art. 3. concl. 4.* Quod hoc modo possit lucrum cessans in pactum dici, non est adeo certum, ut patroni assertionis huius arbitrantur; sed est tum minus probabile, tum quamplurimum usurarum periculis expostum. Et quidem quod non sit iuste adeo certum, multis rationibus comprobatur. Primum nullam iuris, aut canonici, aut civilis legem invenies, quae hoc permittat: quod certo non est in-

firmum argumentum. Nam, cum tam frequenter extet quae usuras ratione morae pendunt, videlicet dum mutuator, si quis creditor invitus re sua caret; si spontanea haec lucra cessans pacto tam plane licita esset, non desineret lex quae id infusaret. Mox, si priores Doctores consulas, D. Thomas id negat, consulto dignoscens inter damnum emergens, & lucrum cessans, nempe quod illud licet in conventionem ponere, hoc vero minime. Cuius sententiae accedit Scotus in *III. dist. xxvii. quest. 11.* Durandus in *III. dist. xxxvii. quest. 11.* & inter Iuriconsultos Innocentius supra cap. *Naviganti.* Immo inter antiquos, graveque ius iuris, seu Theologiae Doctores neminem invenias qui explicitis verbis id astruat, nisi ratione morae, aut alicuius culpa debitoris.

**III.** P. Ioannes Azorius *III. Part. Lib. V. cap. v.* citat pro hac opinione Innocentium III. Joannem Andream, Joannem Calderinum, Petrum de Ancheranis, Antonium de Butrio, Laurentium de Redolphis, Aymonem, & Sotum. Ex Theologis doctissimus P. Ignatius de Camargo in celebri opere adversus Probabilissimum constanter negat hunc titulum *Lib. II. contrav. iv. art. 6. num. 384.* Primus qui expresse contrariam opinionem docuerit, inquit Sotus, qui cum formidine & timore eandem defendit, septem conditionibus vallatam. Post Sylvester, Caietanum moderniorum. Tandem temporis successu evasit, ut fit, inter iuniores communis. Si quis modo oppositam doceret doctrinam, vix censuram evaderet recentiorum. In opere de contractibus tria usurae exscripti verba quibus P. Ioseph Gibalinus *Lib. VI. de Usur. cap. v. art. 2.* docet, quod opinio nova, quemadmodum est ista, concepte inter formidinem & pavorem, quodque vix parentem proderet audebant, postmodum cum plausu suscipiuntur. Non tam verum, quam verissimum hoc est. Conradus pavide, & timide hanc opinionem elegavit, sex, aut septem conditionibus circumplegit. Posteriorum eam communi plausu susceperunt, & ultra progressi sunt. Conditiones adiectas, sin omnes, plures tamen reicerunt; aliaque, ad usuras facundas opportunas; excogitarunt. Unde concludit P. Nicolaus Gennaro *recog. 2. §. 2. pag. 124.* *Innumera ergo sunt laxamenta in laqueum animarum, in cupiditatis solatium, in usurarum incrementum.*

**IV.** Hic collige quam ardua, quam gra-

vis

vis, & quanti periculi plena sit qualisio quam in manibus habemus. Ad eam pro dignitate dispiciendam magna opus est diligentia, & ponderatione. Quae mihi probabiliora visa fuerint, proponam, & doctoribus iudicium meum suspendam, & doctoribus iudicium meum suspendam. Abit enim ut me definitionem relinquam. Abit enim ut me pudeat propriam consilium ignorantiam; & ad eos qui maiori sunt perfusi lumine, eruditione ornat, lectores meos remittere, ut imbuantur.

## §. I.

*Quid sentiat S. Thomas de lucro cessante ratione mutui spontanei, exponitur.*

**I.** Sermo nunc minime est de lucro cessante ob moram culpabilem debitoris. Respectu illius lucra invitatus mutuator est, & involuntarie damnum patitur. Quo in casu creditorem iuste huiusmodi damni compensationem exigere posse, fateatur omnes. De eo in praesentia lucro loquimur quod tempore mutui sponte & voluntarie traditi a creditore, cessat.

**II.** S. Thomas aperte negare videtur cessationem illius lucra titulum esse, cum aliquid exigatur supra sortem. Haec sunt eadem verba 2. 2. quest. lxxviii. art. 2. ad 1. *Dicendum, quod ille qui mutuum dat, potest aliquid peccato in pactum deducere cum eo qui mutuum accipit, recompensationem damni, per quod subtrahitur sibi aliquid quod debet habere. Hoc enim non est vendere usum pecuniae, sed damnum vitare; & potest eod quod accipitur mutuum minus damnum exire quam dans incurret. Unde accipiens mutuum, cum sua utilitate damnum alterius recipiat. Recompensationem vero damni quod consideratur in hoc quod de pecunia non lucratur, non potest in pactum deducere: quia non debet vendere id quod nondum habet, & potest impediri multipliciter ad habendo.*

**III.** Respondet post Caietanum, Sylvestrum, & alios interpretes S. Thomas, Franciscus Sylvius 2. 2. quest. lxxvii. art. 1. quest. 3. Doctorem negare, mutuatorem posse exire integrum lucrum aliquid, licet lecus partem eundem. Sed interpretatio haec arbitraria videtur, & aperte contraria rationi Angelici Praeceptoris. Nemo, inquit ille, vendere debet id quod nondum habet, & ab eo comparando impediti variis modis totum lucrum excludit: quoniam mutuator

non minus parte quam toto lucro caret; & non minus variis modis impediti affectu partis potest quam totus. Ergo ratio S. Thomae evincit, mutuatorem exigere hanc posse absque usura lae five integrum lucrum, si ve eundem partem.

**IV.** Opponit cum aliis Thomis Francis Sylvius textum S. Thomae ex 2. 2. quod lxxi. art. 4. ubi haec habet. *Dicendum, quod quicumque damnificat aliquid, videtur et asserere id in quo ipsum damnificat. Damnum enim dicitur ex eo quod aliquid minus habet quam debet habere... Et ideo homo tenetur ad restitutionem eius in quo aliquem damnificavit. Sed aliquid damnificatur dupliciter. Uno modo quia auferatur ei id quod actu habebat: & tale damnum est semper restituendum: secundum recompensationem aequalis: dum secundum damnificat aliquid quantum damnum eius, tenetur ad tantum, quantum causet donum. Alio modo si damnificat aliquid, impediendo ne adipiscatur, quod erat in via habendi: & tale damnum non oportet recompensare, sed equo: quia minus est habere aliquid virtute quam habere actu: qui autem est in via adipiscendi aliquid, habet illud solum secundum virtutem, vel potentiam. Et ideo si redderet ei, ut haberet hoc in actu, restituere ei quod est ablatum; non simpliciter, sed multipliciter: quod non est de necessitate restitutionis... Tenetur tamen aliquem recompensationem facere secundum conditionem personarum, & negotiorum.*

**V.** Tantum abest ut haec doctrina faveat Sylvio, P. Billuart, & aliis S. Thomae interpretibus, quia potius eorumdem opinionem labellat. Manifestum quippe est, S. Doctorem hoc loqui de vero damno quod in iustus creditor sustinet, a debitore moroso illatum. Idque constat evidentius ex argumendo 2. quod ibi sibi opponit. Ille qui debet, inquit, pecuniam creditoris ultra terminum praefixum, videtur cum damnificare in toto eo quod lucrari de pecunia possit; quod tamen ipse non auferit. Ergo videtur quod aliquid teneatur restituere quod non abstulit. Cui argumento Doctor sanctus respondet, debitorem hunc recompensare debere non totum lucrum, sed partem eundem. *Quia (inquit) ille qui habet pecuniam, nondum habet lucrum in actu, sed solum in virtute: & utrumque potest multipliciter impediri. Legatur integer articulus, ex quo quidam coligit, S. Thomam ibi loqui de debitore, seu mutuatario moroso, qui ultra praefixum tempus terminum detinet pecuniam creditoris contra illius voluntatem. Quod paritate confir-*

mat



mat illius qui effodit semina, damnatum inferre ad seminarios, agri domino. Qui enim, inquit ille, sparit semen, nondum habet messem in actu, sed in virtute: & ideo qui effodit, recompensare non tenetur totam messem. Et hoc fatetur etiam Natalis ab Alexandro, nempe S. Thomam loqui de mutuario moroso, atque adeo de mutuario qui vim sustinet ab eodem; secus de mutuario spontaneo & libero. Hunc esse S. Thomam germanum sentiam, declarat acutissimus Cajetanus, qui & Sylvio, & ceteris omnibus interpretibus, ut ego quidem sentio, magis prestat, in assensu Angelici Doctoris mente. Igitur in Commentariis ad hunc art. 4. inquit. *Dubium est, quare damnum lucri cessantis ex pecunia mutuatata debeat restitui creditori post mortem, ut in littera dicitur; & non a principio ablati loquendo. Nulla enim apparet inter haec differentia; nisi quia post mortem involuntarie sustinet damnum creditor, a principio autem voluntarie. Utique Caietanus hanc improbat rationem; contenditque inferre, damnum voluntarium non minus quam involuntarium compensandum esse: quam consequentiam infra refellam. Mihi non sat est Caietanum, fatentem, S. Thomam loqui de damno involuntario, illato a debitore moroso: quod sane planum videtur. Quod autem Sylvester interpretetur, S. Thomam intelligendam esse de lucro possibili, non probabili, falsum est. Comparat quippe S. Doctor debitorem morosum illi qui effodit semina. Ager autem satus semine, non possibilem messem exhibet. Ergo qui patitur damnatum & in agro sato, & in pecunia detenta a debitore moroso, inviti sunt, & involuntarii: ideo compensationem eiusmodi damni iure exigunt.*

VI. Ex his constare videtur, nullo modo S. Thomam patrocinari opinioni que lucrum cessans exigi a mutuario spontaneo posse defendit. Immo oppositum potius docere colligitur. Quare non immerito Dominicus Soto a se stare S. Thomam contendit. Idque argumento extrinsecus arcessit confirmari vult. Nungquam Doctor sanctus a communis sui temporis Theologorum doctrina recessit. Porro quis Theologorum tempore S. Thomae docuit, compensandum esse lucrum interceptum mutuatori voluntario? Immo oppositum aliqui expresso docuit; ceteri silent. Leges praeteritae compensandum esse id quod interest creditoris, id est damnum emergens. Lex quippe nulla lucri cessantis meminit, ut doctè animadvertit Dominicus Soto.

## §. II.

*Mutuator qui mutuum pecuniam sponte offert, fenerator est, si paciscatur de lucro cessante. Laxa Martini Bonacinae opinio refellitur.*

I. Distinctis paragraphis exponam, ut permisi, quae verisimiliora mihi videntur; & laxiora refellam. In hoc paragrapho de mutuario offerente pecuniam sermo erit. Communiter illi ipsi Theologi qui lucri cessantis titulum defendunt, ad istius tituli iustitiam duo postulant. Primum, ut pecunia mutuo tradenda, sit negotiationi vere & reapse destinata. Alteram, ut mutuator velit potius ex negotiatione, & industria quam ex mutuo lucrari. Ergo necessario docere debent, mutuatorem ultroneum non posse de lucro cessante pacisci: mutuator enim ultroneus nec pecuniam suam reipia destinatam mercaturae habet, nec mavult ex negotiatione quam ex mutuo lucrum capere; sed contra, reiecta negotiatione, & neglecto industriae labore, mavult ex mutuo lucrari. Rursus qui offert pecuniam mutuum, aut caritate subveniendi proximo indigenti, aut spe lucrandi docetur. Si primum, gratis mutuum tradit; si secundum, fenerator est omnium sententia. Tandem cum lucrum interceptum, seu cessans est iustus titulus quidemque praeter sortem percipiendi, quando mutuatarius est causa cur lucrum cesset. At dum mutuator ultronee offert pecuniam suam, ipse, non mutuatarius, est causa quare lucrum cesset. Ergo eidem, non mutuario, imputandum est damnum quod lucri cessationem consequitur. Ipse negotiationi pecuniam subtrahit, ipse eam mutuario offert. Ergo si non lucratur, sibi dumtaxat imputare debet. Hanc sententiam certam existimo, eamque omnes probare astringuntur qui utram damnant.

II. Quare, ut manifeste falsa, & nimium laxa, relictienda est opinio Martini Bonacinae, quam docet de contract. disp. 111. qu. 11. punct. 4. prop. 2. num. 12. his verbis. *Et hoc valet, etiamsi mutuator se offerat ad mutuatandum, ut inquitur multi ex Doctoribus contra Conradum quæst. xxx. & apud Emanuelem S.* Conradus inter primos habetur qui lucri intercepti titulum invenerunt: & successores eundem oppugnant, quod parum laxaverit habenas.

## §. III.

*Mutuator paratus ad mutuum tradendum cuique petenti, nequit aliquid praeter sortem recipere ratione lucri cessantis.*

I. Hanc sententiam si omnes propagare debent qui ad iustitiam lucri cessantis requirunt quod mutuator malit lucrari cum pecunia negotiationi exposita quam mutuo tradat. Qui enim ad cuiusvis petitionem pecuniam subtrahit negotiationi, ut eandem mutuo tradat, ipse lucri cessantis causa est. & mavult lucrum ex mutuo quam ex negotiatione; & eiusdem conditionis est ac mutuator ultroneus. In eiusdem libertate positum est lucrum ex negotiatione, & ex mutuatione. Libere praeter mutuarii artem arti negotiatoriae. Ergo libere mavult lucrum ex mutuo quam ex mercatura. Hoc enim ex ipso facto praesumitur. Quis prudens praesumere iure potest, hunc mutuatorem, qui ad cuiusvis petitionem pecuniam mercaturae subducit, ut mutuum tradat, velle potius ex mercatura quam ex re mutuatitia lucrari?

II. Oppones ex Caietano 2. 2. quæst. lxxi. art. 4. & ex aliis, tam contra primam, tum contra secundam opinionem. Iustitia commutantis est aequalitatem consistere inter rem & rem. At qui habet pecuniam expositam negotiationi, habet pecuniam, puta centum in re, & quinque in virtute. Ergo ad iustitiam commutantis atinet aquare centum in actu, & quinque in virtute. Quod similiter centum, quatenus sunt in re, & quinque in virtute, perperam se habet ad iustitiam, in qua res cum re aequatur, nullo ad consensum ultraneum, spontaneum, liberumque respectu habito.

III. Urgetur hac ratio. Ideo mutuatori invito debetur lucrum cessans, non quia invitus, sed quia reipia habet centum negotiationi exposita, & quinque in virtute. Sed etiam mutuator ultroneus, voluntarius, & paratus ad mutuum tradendum, habet centum in re, exposita negotiationi, & quinque in virtute. Ergo aequè mutuator ultroneus, & paratus exigere quinque potest ac mutuator invitus. Quod confirmari exemplo potest. Agricola vendere sata semina potest quanti voluit in virtute, quomodoque sit ultroneus & expositus, immo offerre sponte cuiusque emptori illa valet. Cur hoc? Non alia ratione, nisi quia illa sata semina tanti sunt, quanti adimantur fructus in spe. Er-

go idem dicendum de pecunia mutuatitia, quae estimari debet quanti valet in virtute. Has rationes indicat Caietanus loc. cit. quas tamen ipse, dum de usura disputat, non probat.

IV. Ut quam vana sint, unaque insidiosa sophismata haec, deprehendas, primo adverte, lucrum praeter sortem esse, eique omnino extrinsecus accidere, ut omnes isti testantur, & res ipsa clamat. Secundo aequalitatis rei cum rei in iustitia commutantis spectari potest & materialiter, ut quatuor cum quatuor; & formaliter, ut duo cum quatuor ratione circumstantiarum. Prima aequalitas materialis non semper necessaria est ad iustitiam commutantem; ut pater in possessore bonae fidei, qui tantum tenetur ad restituendum id in quo locupletior factus est. Tum sane non est aequalitas rei cum rei; & tamen restitutus est actus iustitiae commutantis. Idem patet in damno emergente, de quo monitis non est debitor. Illius exactio est aequalitas rei cum rei, propria iustitiae commutantis; & tamen nec creditor exigere potest, nec debitor ponere hanc aequalitatem tenetur. Tertio magna attentione, & acumine advertendum est, lucrum cessans non esse computandum inter ea quae sunt in spe, & aliquando erant; sed inter ea quae essent, nisi interpercuterent; sed quia reipia interceptantur, reipia nunquam erunt. En quam insidiosa sit paritas Caietani, & aliorum dicentium, vendi posse & ab agricola semina sata, secundum quod sunt in re, & in virtute, seu in spe; & a piscatore iactum retis, seu spem futurae praeda. Ergo similiter centum, quatenus sunt in re, & quinque in virtute, perperam se habet ad iustitiam. Sophistica paritas est. Lucrum interceptum, seu cessans comparari debet cum semibus satis, sed effossis, quae nunquam messem producent; cum iactu retis intercepto, seu impedito, quo nunquam pisces capiuntur; sicut lucrum ideo dicitur cessare, quia nunquam erit, sed esset, nisi interpercuteretur, ut doctè advertit P. Gennaro loc. cit.

V. His delibatis, responso ad sophistica argumenta patet. Aequalitas in mutuo formalis est sortis cum eiusdem restitutione. Dum mutuator se offert ad mutuum tradendum, voluntarie transfert dominium in mutuatarium, qui tantumdem restituere debet, ut ponat aequalitatem. A cessio lucri est omnino extra rem; & a mutuario non impositur, & sed ab ipso mutuario, sponte offerente cuiusvis petenti mutuum. Aequalitas



litae igitur sumenda est ex re mutuatia, scilicet ex accessione proliis extranea.

VI. Qui habet centum mercaturae expolita, eaque subtrahit, ut illa mutuo offerat, non habet centum & quinque in se: quia pecunia natura sua sterilis est, eiuque ulsionem non est vendibilis. Quare fallium omnino est iniuriam axioma, & Molinae errori proliis conforme, quod centum negotiorum expolita sint centum & quinque in virtute: alioquin pecunia pecuniam pareret, sicut semina lata; neque illa quinque comparari cum fructibus in spe, seu in virtute possunt. Dum ergo mutuator centum subtrahit negotiorum se offerendo ad mutuum, nuda & sola centum remanent; nihil vero in spe, seu in virtute, ob pecuniae sterilitatem. Exemplis doctrinam evidentiorum reddo, quae ab ipsis adversariis opponuntur. Ipsi enim in pecunia duplicem distinguunt potentiam, remanent nempe in pecunia nuda sumpta, & proximam in pecunia negotiorum expolita: quae distinctio vixit errori Molinae aperit. In medium veniant & rete piscatoris, & malleus fabri, & igo agricola. Rete instrumentum est quo capiuntur pisces. Illud in manu habens piscator, paratus ad piscandum, mihi offert. Pretium retis est quinque. Futura piscium captura estimatur unum. Numquid piscator, mihi libere vendens rete, exigere pretium piscium quo erat capturus, iure potest? Accessio piscium supra pretium retis extra rem omnino est, & industria piscatoris, non reti tribuenda est. Similiter malleus fabri, igo agricolae decem valent, in se. His instrumentis fabrici, & agricolae duo lucrantur in diem. Illa mihi sponte offerunt restituenda post diem. Exigere me illa duo a me possunt, ut contenta in potentia proxima, seu in virtute? Tum solum exigere a me haec duo possunt, cum illis invitis, paratis ad piscandum, vel laborandum, praefata instrumenta lupurperem. Et tunc haec duo exigentur, non quia contenta in potentia proxima, seu in virtute instrumentorum, sed ob impedimentum appositionum eorum industriae, & labori. Quamquam aliunde paritas haec da instrumentis operationum ineptissima est. Quoniam instrumenta haec non mutuo, sed commodato traduntur: eorumque ulus vendibilis est; cum ut non destruantur, sed detrimentum tantummodo patiantur. Pecunia vero usu consumitur: & qui eiuudem ulum concedit in mutuo, necessario concedit & dominium; ut fule alibi demonstratum est, & Catholici omnes fatentur.

VII. Ad secundum sophisma patet quod responso. Nam invito creditori debentur centum, & quinque: quia mutuatoris impedit mutuatoris ne illa quinque allequatur, quae sunt omnino extra rem. Mutuator vero voluntarius ipse se sponte privat industria sua. Ultima paritas est proliis disparata. Agricola spontaneus, & ultroneus potest vendere semina lata, secundum quod acta, & in virtute valent, quia regia fructus futuri in seminum virtute continentur: quare accessio fructuum ad fata semina non est extra, sed intra rem; & repta furura erit. Accessio autem lucri ad pecuniam est proliis extra rem; & lucrum cessans, cum sit interceptum, nunquam erit: unde comparatur seminis satis, sed cessatis.

VIII. Quasi unice. Quid dicendum de opinione Lessii, Molinae, Lugo, & aliorum, qui mutuatori ultroneo concedant lucrum cessantis exactionem? Resp. Haec opinio inbecillitati meae nimis laxa videtur. Porro, ne Theologus istis imponere videar, ipsorum verba transcribo. P. Leonardus Lessius *Lih. II. cap. xx. dabit. 21. n. 101.* haec scribit, „Petes, utrum, ut pacto lucri cessantis sit licita, „necessarium sit ut mutans se non offerat „ad mutuum, sed alterius precibus compulsum mutet?“

Respondeo, id necessarium non esse (est) Conradus quest. xxx. & quidam alii id existimant (ut recte Navarrae non. 212. & Soto supra art. 3. Ratio est, quia aequalitas, & iustitia contractus non poudet ex eo quod desideres, vel non desideres illum fieri. Haec eandem opinionem docet Lugo *disp. xxv. sect. 6. §. 1. num. 107.* & pro eodem laudat Molinae, Sotum, Navarrae, Lopez, Toleraum, Valentiam, Bannez.

IX. En nova argumenta progressionis laxarum opinionum. Conradus trepidus & parvidus lucri cessantis titulum multis vallatum conditionibus proposuit (ut iam indicavi, sed lavar repetere). Iuniores vero conditiones illas, sin omnes, aliquas saltem relictunt. Quod mirandum, est, P. Dominicum Sotum citari a P. Lessio pro hac opinione; cum Sotus omni argumentorum genere hanc de lucro cessante opinionem improbare conetur. Conditionem Conradi ad purgandum lucrum ab usura relict, tamquam inutilem: quia, inquit ille, sive ultroneus, sive rogatus mutuator lucrum exigit ratione lucri cessantis, usurarius est. Et nostri iuniores, ut laxi opinionis praesidium acciperent, audent P. Dominici Soto auctoritatem pro se allegare.

X. Opi-

X. Opiniosis laxitas ex se patet. Nam cum mutuator sponte, non rogatus, mutuum offerat pecuniam, lucrum non cessat causa mutui, vel mutuatoris, sed mutuatoris. Ipe sibi lucrum intercepti, ipse se impedit. Cur? Ut lucraret ex mutuo. Nam aut mutuum rem offert caritate impellente; & tum gratis offert: aut ipse lucrando ex mutuo; quod ultra est manifesta. Non attenditur in contractu, inquit iuniores, voluntas creditoris, sed res ipsa. Peregrege. In donatione ergo res dono data spectanda est; securus voluntas libera & gratuita creditoris. Nulla ergo ultra mentalis, sola voluntate concepta? Verum de hoc plura infra.

§. IV.

Proponitur rationes quas adducunt Auctores propugnantes, mutuatorem precibus rogatum posse recipere compensationem lucri intercepti, seu cessantis.

I. Billart *disp. iv. art. 5. §. 4. & com.* „mouit alii iuniores in favorem laesae cessantis auctoritatem Lucii Papae III. cap. Pervenit de fideiussoribus adducunt; sed pacillissimi verba recitant. Ego illa extoribam. Mandamus itaque discretioni vestrae, quatenus, si ex confessione predictorum Clericorum, vel alias legitime vobis rem ita se habere constituerit, monentes eosdem ut memorato N. pecuniam quam pro eis solvisti, restituant, ipsi quoque sermo inde meum, alioquin de redditibus annua prescripta debita faciatis exsolvo, & damna etiam que propter hoc perulit, resarciri; aut predictos redditus sibi assignatis, tamdiu sive molestia destinados, & debitoribus ista damna resarcita fuerint, & debitoribus suis diminutione soluta. Haec scribit Pontifex Archiepiscopo Norvicali. Hic solum de eo quod interest, seu de puro damno emergente sermo est adversus debitores morolos, qui invitum creditorem ex dilatione solutionis damnari pati cogebant. Et haec damna quae invitus creditor passus est, resarciri Pontifex iubet. Ubi hic mentio cessantis lucri? Collocare vero inter damna emergentia etiam damnum quod consequitur lucrum cessans, crassum commentum est. Preterquam quod pluribus conditionibus, ut fatetur etiam isaiotes, limitatum sit oportet lucrum illud.

II. Alit producant caput Salubiter de usuris. Sed & ibi manifeste conceditur genero accedere fractus pignoris, non computandos in dotem, ratione morte culpabilis.

Alii afferant cap. In civit. & Naviganti de usuris. Sed minus textus iste favet, cum dilucrum difficultatem quae tum disputabatur de pretio mercatum in futurum tempus servandam a venditore. Tandem aliqui cap. Religiosi. Clement. de privilegiis. Sed isti textum non legunt; cum nec verbum in eodem habeatur vel de lucro cessante, vel de damno emergente. Tantam ibi precipitur iura personarum, Religiosorum, & Ecclesiarum lesa, & persumata resarciantur. Quare merito P. Dominicus Soto clamatur, iura nulla habeat favore opinio. Rationes ergo proinde.

III. Licita est compensatio damni emergentis: ergo etiam lucri cessantis. Probatur consequentia. Ideo illicite reputatur titulus lucri cessantis, quia mutuator libere in mutuum consentit; atque adeo iuri suo cedit. Atqui etiam mutuator qui damnum emergens patitur, libere in mutuum consentit. Ergo aut uterque titulus reticendum, aut uterque probandum.

IV. Respondet Soto discernendum esse aptum. Nam revera mutuator consentire potest in mutuum, secus in damnum emergens. Sincere dicere mutuator valet: Volo tibi pecuniam mutuum tradere; & nolo damnum, quod mihi abique mea voluntate imminet. Nec a mea voluntate pendet quod damnum non imminet. Ad mittitur mutuator, dum dicit: Volo tibi mutuum impertiri; & nolo lucrum mihi cessare; sed necessario afferere debet: Volo tibi mutuum tradere; volo a lucro cessare. Quoniam eo ipso quod velit mutuum tradere, vel pecuniam negotiorum expolitam, aut proxime expolandam subtrahere. En quam manifestum sit quod lucrum cessans pendet ab eiuudem mutuatoris voluntate. Quare eo ipso quod volunt mutuum, vel a lucro percipiendo ex negotiatione cessare.

V. Ut fautores lucri cessantis ab his metaphysicis ratiociniis se liberent, confugiant ad contractum innotinatum, *Do. ut des.* Contractus istius innotinatus, ut suo loco vidimus, sunt, quatenus a pluribus obrudantur, mera usurarium pallia. Quid enim aliud in presentiarum praesert contractus iste innotinatus, nisi do tibi mutuum, ut des mihi lucrum cessans, vel aliquid supra fortem? Quid aliud est usura, nisi do tibi mutuum, ut aliquid mihi rependas? Nemo suam pecuniam otiolam habere vult, inquit Molinae, Calvinus, & ceteri omnes usuraram patroni. Quisque pecuniam considerat ut instrumentum quo lucra assignatur.



tur. Ergo aut nulla usura in mundo est; aut contractus iste *Do. ut des.* in hac controversia est usurae pallium. Omnes quippe ex pecunia quam otiosam nolunt, iactanturum cessans valent, & medio contractu *Do. ut des.* usurae crimen honestare. Quare non immerito clamare videntur praefati usurarum defensores adversus non paucos Calumnias qui voce usuras damnant, & reipia illas propugnant sub diversis verborum involucris.

VI. Argumentatur alii. Nemo cum suo detrimento beneficium impertiri tenetur. Ergo, ut quis beneficium mutui conferat, istam repete compensationem potest. Sic arguatur post Bonacinam *disp. 111. quest. 111. punct. 4. prop. 2. num. 12. P. Billuart loc. cit.* Quae argumentatio est illa ipsa qua utitur Molinæus, quomque Catholici omnes sic impugnant Mutui beneficium supra gratum gratuitum est. Ergo gratis concedendum. Si recompensationem postulas, non gratuitum beneficium conferis, sed contractum onerosum celebras. Aut urget preceptum caritatis mutui dandi, aut secus. Si primum, gratis illud conferre astringeris. Si secundum, aut a beneficio conferendo abstinere; aut si beneficium conferre vis, ne destruas eisdem naturam, quæ est ut sit gratuitum. Incommodum istud sponte suscipis; & tu solus eiusdem causa es.

VII. Insultant alii. Qui aliquem impedit ne bonum in spe habitum assequatur, ad eundem boni compensationem astringitur. Mutuarius impedit ne creditor lucrum cessans, quod est quasi habitum, indicipiat. Ergo compensare illud debet. Qui impedit ne artificis opera exerceat, ne vinceat, & fata semina fructum pariant, nonne compensare hæc damna tenetur?

VIII. Nego. mutuatarium causam esse impediendam compensationem lucris contenti in bonis mutuatoris. Siquidem ipse mutuator, qui sponte subtrahit pecuniam suam negotiationi, non vult lucrum cessans esse illa; sed vult lucrum cessans esse mutuo. Quod idem est ac dicere, vult lucrum esse mutuo, quia ex isto facilius, & securius lucrum assequitur; recusat vero lucrum esse incertum, quia & majori labori, & pluribus periculis obnoxium est. Pallium ergo est mutuatore ad debitore impedit in lucri consecutione.

IX. Exempla quæ opponuntur, damnant, non probant lucrum cessans. Nam qui impedit artificem ne laboree, ne fata semina fructum pariant, iniustiam, & damnum in-

fert invitis; ideo iure compensare illa tenetur. Quid, si quis hoc modo impedienda apponeret? Nolo ut opereris ad lucrandum, nolo ut fata semina germinet; dummodo tunc tempe velis? Si is consilium præcedit, etlet ne compensationi locus? Idem accidit in casu nostro. Nolo ut ex negotiatione lucreres, sed ut mihi pecuniam, ne modo tu sponte consentias, & veras. Consente is, & reipia pecuniam libere mihi tradit. Cur ergo compensationem exigere a me valet? Quia beneficium mihi confert? At beneficium istud gratuitum est. Quia a lucro cessat? At libere ipse hoc lucrum reculat. Præterea quodnam mihi beneficium confert, si tantumdem restituere debeo? Sane lucrum pecunia sua natura sterilis est. Sane lucrum negotiatio, & industria secunda evadit. Eo ipso quod mutuatur eam subtrahit negotiationi, & industriae suæ, ad naturam suam sterilitatem illam revocat. Dum eam colloca- tumuando sub industria mea, nihil omnino repete ille valet; quia industria sine ab illo vendibilis non est. Et si hoc sit industria mea perit, perit mihi, non ipsa ista, si lucrum parit, mihi, non ipsi parere debet.

## §. V.

*Duae rationes potissimum quæ titulum lucri cessantis honestare interdum valent.*

I. Nicolaus Gennato, qui hanc controversiam titulo quidem non parum impedito, sed alioquin doctus, & acute discipulic, lucrum cessans partit in classes tres. Quarum partitio, nisi me amor fallit, ad illustrandam S. Thomæ doctrinam valde confert. In prima classe constituit lucrum futurum moraliter certum tam in genere, quam in individuo, seu in quantitate. Habes paratam pecuniam ad emendum centum obnoxium quinque in centum. En lucrum certum tam in genere seu specie, quam in individuo seu in quantitate. In secunda collocat lucrum certum in genere, sed incertum in quantitate. Habes pecuniam expositam negotiationi, aut proxime exponendam. Certum moraliter est de lucro futuro in genere, nempe quod aliquid lucraturus sis; incertum vero, num quinque, aut tria, aut duo. In tertia tandem ponit lucrum incertum tam in genere, quam in quantitate. Habes expositam pecuniam negotiationi. Probabile est te lucraturum, & non lucraturum.

Pro.

Probabile est lucrum; sed probabilis quoque iactura est.

II. Lucrum primæ classis moraliter certum tam in genere, quam in quantitate, & quod moraliter impediti nequit, non dicitur proprie lucrum tantum in spe; nisi quantum futurum est; sed dicitur quasi habitum, & in actu. Lucrum secundæ classis est solum in spe respectu quantitatis incertæ, seu quantum ad genus, nempe quod aliquid lucrandum sit. Lucrum tertie classis est lucrum propriæ & absolute in spe; æque enim, aut plus minve speratur lucrum, & timetur iactura. De lucro hoc dicitur, quod multis modis impediti valet.

III. His constitutis, lucrum certum sive in genere, sive in individuo, videtur titulus officiosus ad honestandam accessionem supra sortem, servatis conditionibus infra exponendis. Declaratur. Ideo, inquit S. Thomas *quest. lxxviii.* non debetur mutuatore lucrum cessans, quia non potest, nec debet vendere quod non habet, & multis modis impediti valet. At lucrum cessans, certum modo explicato, & a mutuatore fore habitum, impediti multis modis non valet, moraliter loquendo. Ergo vendere illud mutuatore potest. Ut clarius S. Thomæ doctrinam sane profundè germanum sensum teneas, sub duplici aspectu considerandum est lucrum cessans moraliter certum, prout explicatum est. Primo formaliter, nempe ut est titulus honestatis actum aliquem. Secundo ut est merces vendibilis medio contractu alioquin ex se iusto. Lucrum cessans primo modo impeditum, & interceptum honestat accessionem supra sortem. Secundo modo est materia vendibilis per contractum ceteroquin iustum, at non exerceat officium honestandi actum aliquem.

Consualis vendit quinque, quæ percepturum ex censu erat. Tum hoc lucrum iustum le habet ut materia, seu merx contractus venditionis. S. Thomas *quest. lxxi. art. 4.* obligat ad compensandum lucrum, non actu possessum, sed habitum in virtute, seu in iure: quia quicumque impedit aliquem id se assequatur ad quod ius habet, damnium eadem inferit, & ad eodem aufert id quod aliquid ille poterat. Hic titulus lucri cessantis fundatus in detrimento, & iniuria, quam quis patitur ob impedimentum ab altero positum, iustus & honestissimus est: & de hoc titulo loquitur Doctor sanctus *eth. quest. lxxi. Contra disputat quest. lxxviii. art. 2.* Quia ibi loquitur de mutuatore spontaneo, respectu cuius lucrum cessans nec formaliter, nec materialiter reperitur. Non primo modo: quia mutuator spontaneus nec incipit, nec detrimetur per vim illatum patitur; quod compensari debet titulo lucri cessantis. Non secundo modo: quia lucrum incertum, & multis modis impeditibile, & cuius iactura quæ probabilis est, vendi non potest. Vera igitur est doctrina S. Thomæ *quest. lxxviii. art. 2.* nempe recompensationem damni provenientis ex hoc quod quis de pecunia non lucratur, non posse in partem deduci. Hæc, licet paululum subtilia, certa tamen videntur.

IV. Porro lucrum certum in genere, vel individuo, licet dicitur non habitum ratione distantie temporis, est tamen habitum ratione iuris acquisiti, & moraliter impeditibile non est: ergo vendi potest. Exemplo res magis patebit. Miles habet stipendium certum, & determinatum quolibet mense. Qui invito militi impeditur pretii affectiohem, recompensationi altitudo est; eamque exigere miles iure potest ratione lucri cessantis formaliter constituti, & fundati super iniuriam quam sustinuit. Similiter si miles aliqua mensis die vellet stipendium istud vendere, quique nempe pro quinque, iuste venderet: quia licet non sit habitum ob temporis distantiam, est tamen habitum ratione acquisiti iuris; & certum est, & moraliter non est impeditibile. Distantia autem temporis respectu rei moraliter futura non plus operatur quam distantia loci respectu rei sponse extantis.

V. Altera ratio eiusmodi est. Tu negotiationi, aut prædiorum, vel censuum temporis reipia, & constantem operam das, ut familiam alas, ut filibus dotem pares, ut habes unde vivere honeste queas. Te amicus, pressus necessitate, convenit: pressus, calamitatis, egestatis exponit, inculcat, exaggerat; mutuumque petit, rogat, iterumque teoram efflagrat. Tactus est una parte amici indigentis commiseratione ad mutuum tradendum inclinans, & veluti abripitur. At ex altera parte nolles pecuniam ex lucrosa negotiatione subtrahere, unde certum lucrum, familiaris tue necessitatis, percipis. Anxius hæres, angustia undique te premunt, animos utrinque cruciat. Velles amici miseriam sublevare; nolles familiam tuam locum desraudare. Tandem, caritate erga proximum prevalente mutuum tradis, & de lucro certo cessante rependendo pacificus quasi invitus; malles enim lucrum ex negotiatione quam ex mutuo. Tu veluti invitus prudentis iudicio reputaris.

Hoc



Hoc docet vel ipse Hotomanus *disp. de fenor. cap. vi.* his verbis. *Cum creditor non sui commedi, sed debitori iuvandi causa dat mutuum, idem est ac si eo invito debitor eius pecunia uteretur: quoniam invitum hoc loco accipimus, non qui vi adductus est, sed eam etiam qui in non adpetat, nec adfectet.*

VI. Si qua ex rationibus adductis ostenderet invitum mutuatorem, hæc esset: quædam enim quasi violentia species apparet in affectuum oppositorum pugna; & ideo invitus dici aliquo modo potest mutuator iste. Accedit quod quando lucrum est moraliter certum, est veluti merx certa, & moraliter non impediibilis; atque adeo venditionis, & emptiois materia. Quando omnes hæc circumstantiæ occurrerent, quod raro contingit; forte liceret exigere lucrum interceptæ compensationem. Hinc collige, quod infra fortius inculcabo, quam raro in praxi verum occurrat lucri cessantis titulus.

## §. VI.

*Conditiones necessarie ad iustum lucri cessantis titulum.*

I. Conradus Sunhemart fere primus fuit, iuxta Socum, qui lucrum cessans reputavit titulum sufficientem ad quid exigendum supra fortem. Octo autem requiritur conditiones. 1. Quod lucrum illud vere & realiter, non fidele cesserit. 2. Accessio exacta supra fortem, non debet excedere lucrum illud. 3. Necessè est ut mutuator malit lucrum ex negotiatione quam lex mutuo. 4. Lucrum cessare debet dumtaxat ratione mutui. 5. Quando mutuum cadit sub præcepto caritatis, nullum exigi lucrum potest; sed solum quando est meri consilii. 6. Absque scandalo debet tam activum, quam passivum. 7. Exactio lucri fieri nequit ante, sed solum post tempus illud quo lucrum mutuator obtineret. 8. Nequit totum lucrum exigi; sed diminuendum est iuxta expensas, pericula, labores, & alia quæ necessaria erant ad incrum illud assequendum.

II. Bonacina, Tamburinus, & plures alii iuniores tres tantum conditiones requirunt, quæ huc recidunt. 1. Quod lucrum cesset causa mutui; & sit in certa, vel probabilis spe: quod tum contingit, quando pecunia subtrahitur negotiationi lucrosæ, ut mutua tradatur. 2. Ut non exigatur statim post mutuum. 3. In constituendo lucri pretio spectanda sunt expensæ, pericula, labores, &

cetera alia quæ requiruntur ad lucri consecutionem.

## §. VII.

*Prima conditionis, quod lucrum debeatur esse verum & reale, examini. Licet debitor sit morosus, exigi lucrum nequit, si reipsa non liceat.*

I. Quæ dixi de damno emergente, applicanda sunt lucro cessanti. Tunc itaque lucrum vere & realiter cessare dicitur, quando certo moraliter futurum est, saltem in genere, & moraliter liberum ab impediementis, & solum quantum ad quantitatem maiorem & minorem dubium. Quod enim probabiliter futurum, & non futurum est, nequit lucrum verum, & non reale reputari; cum nihil aliud sit quam indifferentia ad futuritatem, & non futuritatem. Neque tale lucrum in spe dici potest, cum sit extrinsecum pecuniæ; sicuti e contrario frumentum in semine est in spe, quia in eiusdem virtute continetur.

II. Ut lucrum cessans sit iustus titulus aliquid exigendi supra fortem, necesse est ut sit certo moraliter futurum, saltem in genere, licet sit incertum penes quantitatem. Quandoquidem quod certo moraliter futurum non est, sed moraliter impediibile, & non potest dici quasi habitum: ergo vendi non potest, ut ratio S. Thomæ evincit. Quæ autem stipulatio fieri de hoc lucro possit, infra dicitur. Tam autem dicitur lucrum moraliter certo futurum, saltem in genere, quando communitur omnes negotiatores ex pecunia applicata tali mercium negotiationi, lucrum absolute solent. Hoc est lucrum moraliter certum in genere. Si vero lucrum passim consequantur quatuor, aut sex, erit moraliter certum in quantitate. Si modo lucrari solent tria, modo duo, modo quinque; incertum erit penes quantitatem, ut iam supra innui.

III. Quod lucrum probabiliter futurum, & probabiliter non futurum nequeat esse titulus sufficiens ad honestandam accessioem supra fortem, mihi verum videtur, & præter rationem S. Thomæ suffragatur I. Quemadmodum §. Item Labeo ff. ad leg. Aquil. ubi hoc statuitur. Si quis piscatoris, habentis retia parata in flumine, vel mari, ea frangeret, ad solum damnum retium teneretur; fecus ad lucrum cessans, ob capiendum piscium incertitudinem. Et tamen æque probabile est pisces capi, vel non capi.

capi posse. Ergo similiter quando lucrum ex negotiatione æque futurum, ac non futurum est, nequit accessioem supra fortem licitam esse.

IV. Quando mutuatori reipsa non cessat lucrum, exigere compensationem nequit; etiam si debitor morosus sit, & statuta civilia istius lucri exactioem concedant, & iudices in foro externo adiuvent. Plura sunt statuta contra debitores morosos, qui ob tardam solutionem condemnantur ad solvendum mutuatori compensationem lucri cessantis: quoniam statuta hæc facta sunt in præsumptione quod dilatio solutionis detrimentum inferat creditor. Idcirco iudices in foro exteriori absolute obligant debitorem morosum ad solvendum *interessi*; & alicubi istius interesse est sex, alibi quatuor &c.

V. Multi fallarum opinionum, & conscientiarum fere universalis præiudicij occupati, tuta conscientia exigunt a debitoribus morosis (utiam & a non morosis) proventum taxatum a statuto, vel iudice (vulgo *a uso di ciò che fa la piazza*) sive interlit, sive non interlit creditor. Porro quam evidens hæc corruptela sit, & quam manifeste iniusta, continuo percipies, si adverteris, nullam legem, nullum statutum posse iuri naturali, & divino derogare. Usura utroque iure verita est. Ergo quando nullus verus & realis titulus occurrit qui accessioem præter fortem licitam efficiat, usura scelus perpetratur; quod nulla humana lege honestari valet. Ergo quoties mutuatori reipsa non cessat lucrum, ob dilationem solutionis, nihil exigi iure valet. At si cesset, sed non ea in quantitate quam index, aut leges taxant, non potest exigere nisi id quod eadem vere & realiter cessavit. Et contra, si plus detrimenti passus ex dilacione fuerit quam leges præscribunt, tum mutuatoris ad æqualitatem recompensare damnum alstringitur, tamen in foro exteriori ad hoc non alstringatur. Hac doctrina debet ab omnibus, ut ego quidem arbitror, admitti.

## §. VIII.

*Sensus secundæ conditionis, quæ vult pecuniam expositam esse negotiationi. Laxæ opinionis Leonardus Lessius, Bonacina, Tamburinus, Laymanni, Sporer, & aliorum referuntur.*

I. Secunda conditio requirit ad verum titulum lucri cessantis ut pecunia sit exposita negotiationi, a qua subtrahatur mutui

causa. Splendida usura velis forniculos spectata apparere hæc pecunie subtrahit a negotiatione; at si penitus introspiciatur, qua ratione a pluribus iunioribus contextitur, continuo usura crimen le prodit. Ad rem ergo.

II. Tunc pecunia vere destinata negotiationi, aut proxime delinenda dicitur, & dici debet, quando non solum mutuator eam efficaciter destinavit mercature, aut rebus frugiferis emendis; verum etiam, ultra hanc efficaciter voluntatem, habet actum, vel proxime præsentem occasiones, merces, aut res frugiferas emendi, quas occasiones relinquat, ut indigent mutuo lucratur. Hic est præterite conditionis germanus sensus: & hoc in sensu conditionem illam explicat, inquit P. Minutulus O. P. p. ar. 8. quadraginta tres Doctores, quos cum S. Thomæ, & Scoti citat Antonius Merenda *tract. de cambis nundinalibus cap. 111.*

III. Lessius, Azorius, Valentia, Fillinius, Reginaldus, Navarros, Bonacina, Tamburinus, Lugo, alique Probabilitate defendunt, lat esse ut mutuator destinaverit pecuniam negotiationi; licet ob defectum occasionum, actu, aut proxime præsentium, reipsa pecuniam non exponat. Quæ opinio falsa est, & usuras fere omnes de mundo aufert.

IV. Quæst. I. *Ad verum lucri cessantis titulum lat ne est quod quis in locis negotiosis, seu in emporiis pecuniam habeat ad lucrandum?* Resp. Sententia negans certa est; & opposita falsa, ac erronea. Pecunia sua natura sterilis est. Quod æm quis habeat in emporiis, & in locis ubi mercatura floret, aut fundi venales abundant, non propter ea quidquam acquirit ultra proprium valorem. Nec enim vel istis in locis pecunia fertilis evadit semper, si destit manus hominis indolentis, aut si occasiones negociandi non occurrant. Agricola commoratur in terra secundissima: frumentum habet Oribus mensis; sed nec satum est, neque proxime ab agricola latui addiditum. Namquid ob mellem in spe vendere illud potest? Numquid qui illud furatur, quidquam ultra fortem requitueret teneatur? Et tamen frumentum insitum virtutem ad mellem habet, locus pecunia. Tandem si pecunia in emporiis, in civitatibus ubi mercatura viget, & fundi venales abundant, secunda reputanda est, exularet ad his locis usura omnes, saltem moderata. Possent mercatores a commerciis abstinere, & ex mutuo lucrari. Denique contraria opinio non differt ad errorem Molinæ.



V. Quæst. II. Ad verum titulum lucris cessantis satis ne est quod quis pecuniam destinavit habet negotiationi, si occasiones emendi occurrerint? Resp. Sententia negans vera est; & opposita falsa. Qui habet pecuniam destinavit negotiationi, vulgare reipia, & sincere emere, si occasiones occurrerint (interim occasiones reipia non occurrunt, nec sunt proxime præsentis) is non habet lucrum in spe, nisi fictum, & mente conceptum. Cedo, si per annum, aut duos menses negotia reipia non occurrant, quantumvis pecunia negotiationi sit efficaciter destinata; nunquid aliquid lucris hoc intervallo? Non certe. Ergo pecunia pro hoc tempore nihil habet in spe; nisi dicere, quod nihil sit aliquid. Rursum. Tum lucrum cessans est titulus ad honestandam actionem supra sortem, quando mutuatori cessat causa mutui. Sed hoc in casu lucrum cessat, quod negotia desint. Ergo non mutui causa. Neque enim pecuniam subtrahis negotiationi, ut roganti amico illam mutuo tradas. At, inquis, negotia, fundi venales occurrere possunt. Interim dum pecuniam mutuum trado, occasione occurrente, eadem careo, & lucrandi occasionem amitto causa mutui præteriti. Hæc sunt avaritia sophistata, quæ si consisterent, vix ulla in mundo usura esset. Dum negotia præsentia acta, aut proxime non sunt, mutuator duxat voluntatem mutuat; & pecuniam quam aut fundis frugiferis emendis, aut negotiationi destinaverat, nunc mutuum tradit. Porro nunquid mutuo voluntatis mercatoris est pretio estimabilis? At probabiliter occurrere occasiones possunt. Fateor. At etiam probabiliter desse valent. At probabilis est quod occurrant. Bene. Sed interim, dum non occurrunt, non lucraris. Ergo lucrum non cessat mutui causa, sed ex negotiorum defectu. Tandem si probabilis, tamen si quod occasiones lucrandi occurrere possint, lat est ad fundandum titulum lucris cessantis, nullo in mundo sensus esse. Accedit quod licet in empiriis, alique locis probabilis sit futurus esse occasiones applicandi pecuniam negotiationi, non ideo tamen semper probabilis est te ex ea negotiatione lucraturum. Lucrum debet esse certo futurum, saltem in genere, ut fundet iustum titulum quidquam lucrandi supra sortem. Dum una conditio explicatur, non sunt prætereunda cetera; sed simul omnes concurrere debent.

VI. Quæst. III. Quid dicendum de opinione P. Tamburini, afferentis mercatorem posse ali-

quid exigere titulo lucris cessantis, etiamsi is dubitet num pecuniam sit applicaturus negotiationi? Resp. Hæc opinio falsa, laxa, & omnium usurarum pallium est. Hæc sunt verba Tamburini Lib. IX. tract. 1. cap. 111. §. 4. num. 3. „ Si quis sit dubius an negotiationi destinanda sit pecunia in occasione, „ bus qua se forte offerent, non potest totum lucrum accipere sed ad rationem „ dubii a prudenti viro decernendam. „ Adesse prudentes viros, audite mercatorem dubium, & perplexum, ut vestrum consilium postulantem. Pecunias habeo, dubius hæreo, applicaturus ne sim negotiationi. Occasiones nunc desunt, at forsitan occurrunt; & tum forte illas negotiorum. Quantum lucri ob hanc dubitationem mihi adiciatis? Quantis facitis vos occasiones probabiles, circa quas, etiam si adessent, anceps hærerem, esse nec ne illas amplectur? Attentionem instaurate. Potest forte occasio vix emendi occurrere: & dubius sum fuerit ne mihi tale negotium futurum commodum. Offerri se potest negotium olei, framenti, lanarum, ferri, gemmarum: cuiam ex his negotiis sim datorum operam, ipse ignoro, & in utramque partem animus vacillat. Quid lucri pro istorum dubiorum rata parte mihi conceditis? Prudens, maturumque consilium vestrum imploro. Sic lepidè dendum proponat P. Nicolaus Gennaro Tamburini commentum reagr. 2. §. 2. num. 14.

XII. Quæst. IV. Quid de opinione Bonacina afferentis ob solam probabilitatem, quod pecunia sit negotio destinanda, posse aliquid exigere? Resp. Qui probabiliter destinatus est pecuniam negotiationi, probabiliter lucraturus est. Si hanc pecuniam mutuum tradit, amittit lucrum probabile. Ergo pro probabilitate exigere lucrum poterit, inquit Bonacina cit. disput. 111. punct. 4. num. 13. ubi inquit: Sequitur, aut probabiliter illam destinaturus erat &c. . . . secus dicendum de eo qui non habet voluntatem, neque conditionalem (si se offerat occasio) negotiandi. Fallum hoc esse censo. Mutuator qui probabiliter destinaturus pecuniam esse negotiationi, si se offerret occasio, non deliberavit reipia illam destinare; sed probabiliter indifferens est ad eam applicandam, & non applicandam. Ergo nihil in te est quo honestari accessio supra sortem possit. Siquidem neque dubium, neque probabilitas mutuatoris quidquam valoris pecuniam conferat. Nonne possibile est ut quilibet pecunia officia destinetur negotiationi? Que dum mutuo traditur, cessat possibilitas ad destina-

ti-

tionem. Quis tamen dixerit, id esse pretio estimabile? Cur ergo pecunia sub dabo, aut sub probabilitate destinationis ad negotium pluris valeat; licet, dum mutua traditur, cesset a destinatione dubia, vel probabilis? Nul- lum sane aliud discrimen assignari potest, nisi quod possibilitas remotor sit dubio, & probabilitate: & ideo minus lucrum pro rata possibilitatis quam pro rata dubii, vel probabilitatis pendendum est. Prætereo conditiones quibus semetiplos iugulant Auctores illius sententia.

VIII. Quæst. V. Probabilis ne est opinio P. Lessii, Laymani, Tamburini, afferentium, ad lucrum cessans sat esse, si mutuator dicat: vellem negotiari, nisi multi peterent mutuum? Resp. Hæc opinio non minus falsa, & laxa, immo laxior est precedentibus. Ne vero quidquam ad conlandam invidiam dictum esse quis suspicetur, escribo verba P. Lessii, qui Lib. II. cap. xx. dubit. 11. num. 90. hæc habet. „ Tertius modus est. Si pecuniam „ linarum negotiationi, non absolute, sed „ duxat sub conditione: ut si dicam: Vel- „ lem negotiari, nisi multi mutuum pete- „ rent: de quo modo est difficultas. Quidam enim doctissimi viri putant, etiam tunc „ posse aliquid exigi ratione lucris cessantis. „ Non leve beneficium contulisset P. Lessius Calalitis, si hos doctissimos viros manifestasset. Sed forte hi sententiam scriptis non consignarunt. Quinque rationes ibidem suscitavit in huius opinionis præsidium promittit. Deinde num. 95. sic concludit. „ Ob hæc rationes hæc sententia nihil olim vi- „ sa est probabilis, & etiam nunc videtur „ præsertim speculative considerata, modo „ ille non exigit amplius quam spes illa lu- „ cri, detracta laborum, & expensarum esti- „ matione, valebat, & semper recte antequam negotiandi, si mutuum non petere- „ tur. In praxi tamen ob periculum palliandi „ usuras non est facile admittenda. „ Admit- „ tatur, sed non facile, ob periculum palliandi usuras. Periculum ne tantum est palliandi usuras? Equid plus requiritur ad verum pallium? Quin istud, ut mox dicam, lace- „ rum, & communitum pallium est, ineptum ad usuras legendam.

IX. Hanc Lessii opinionem transcribunt, & adoptant P. Tamburinus Lib. IX. cap. 111. §. 4. num. 4. P. Laymanus Lib. III. tract. 1. cap. XVI. num. 8. rotidem forte verbis. Is insuper, ut fieri solet, omittit clausulam: In praxi non est facile admittenda: sed tantum dicit cavendum usura pallium. Hanc eandem opinionem de more transcribit P. Pa-

trius Sporer tract. vi. in 7. præcept. cap. 10. sect. 2. num. 41. Hæc opinio falsa, & ad invicem laxa. Non vultis usuram regit; sed usuram, ut ego quidem arbitror, manifeste promovet. Vellem negotiari, inquit P. Lessius, nisi multi mutuum peterent. Ergo vis absolute, & efficaciter lucrum ex mutuo: & solum inefficaciter, ac conditionate lucrum ex mercatura. Quem alium sensum produunt hæc verba, nisi hunc? Quia multi tunc qui petunt mutuum, volo lucrari ex mutuo, & non ex negotiatione. Si desisset lucrum ex mutuo, tunc vellem lucrum ex negotiatione. Si desisset occasio tenerandi, vellem mercaturam; sed quia multi sunt qui fenebre mutuum petunt, ideo nolo lucrum mercatorum. Expende mature hæc verba: Semper retinetur animus negotiandi, si mutuum non peteretur. Quid hæc aliud significant, nisi volo lucrum ex mutuo, quia minor periculo, molestia, & incommodo illud assecutor? Si hoc desisset, committerem tunc pecuniam negotiationi. Hæc P. Lessii, Laymani, & Tamburini doctrina occasionem mihi præbet aliam iustitiam disputationem in favore mutuatorum hoc pacto. Si mercator adiret hunc mutuatorem, & diceret: Relinque mutuum, ut mecum negotiari: postea ne mutuator responderet: Negotiari, nisi multi peterent mutuum; at quia multi petunt mutuum, nolo negotiari: si autem vis ut tecum negotia ineam, detrahere mihi de iusto pretio aliquid debes? Audi. Qui relinquit negotiationem causa mutui, aliquid præter sortem ex mutuo exigere iure valet, quia relinquit lucrum ex negotiatione. Ergo a pari, qui relinquit certum lucrum ex mutuo, ut periculose negotiationi, que nominis lucrum dubium, & incertum præbet, pecuniam suam exponat, aliquid præter iustum pretium exigere iure potest, in compensationem lucris certi, quod percipiebat ex mutuo amissa causa negotiandi tecum. Ineptæ, inquis, argutatio. Inopissima, repono ego. Sed apertissime ad manifestanda absurda que præstantur opinionem consequuntur.

X. Ne plus iusto disputationem protraham, nimiaque prolixitate rem certam, & claram dubiam, & obcuram efficiam: ut lucrum cessans sit verus titulus qui licitam reddat actionem supra sortem, pecunia debet esse expolita negotiationi, & occasio negotiandi debet esse præsentis, aut pro præsentibus haberi, & insuper lucrum percipiendum debet esse moraliter certum saltem in genere, ut dictum est. Multi disputant, num satis sit occasiones esse certo fu-



turas, aut proxime probabiles. Deinde in aliam adducere, quid sit futuritio, quid probabilitas proxima, quid remota: & innumeris ambagibus implicare evangelicam doctrinam: *Mutuum dare, nihil inde sperantes.* Volumen imple, si omnia sophismata expendere, & refutare vellem.

## §. IX.

*Tertia conditio, quod mutuator non habeat aliam pecuniam otiosam, expenditur. Laxa opiniones plurimum iuniorum refutantur.*

**I.** Pecunia otiosa dicitur ea qua non indiget mutatore: nam ea quam paratam habet ad familie provisionem, ad alimenta, ad emendum aliquid officium, ad filiarum quae nepti proxime sint, & dotem tradendam, non dicitur otiosa. Ut lucrum cessans sit titulus iustus aliquid, ut lucrum cessans fit mutator non debet aliam pecuniam otiosam in arca habere, quam loco pecuniae mutuo traditae substituere valeat. Haec veritas adeo manifesta est, ut vix probatione egeat. Si enim alia pecunia in promptu illi sit, negotiationis substituenda, revera illi non cessat lucrum. Habet mutuator quadragesimam scuta. Ducenta mercaturae destinavit: alia servat in arca. Haec destinata negotiationi non habent aliquem valorem pecuniarum, quo careant alia; & aeque illa ac illa destinari negotiationi possunt, cum haec praesens non sint plus aut minus apta, Partitio itaque haec mere mentalis est, inepta ad fundandum verum & realem titulum; imo ad usuram regendam unice inventa. Si enim queratur a mutatore, cur ducenta destinata negotiationi, & non ducenta otiosa mutuo tradat, quid reperit? Non profecto aliud, nisi quod velit tum ex mercatura, tum ex mutuo lucrari; quod est manifestum sensus. Clarior rem explicio, ut pateat quam ridicula, nedum falsa, & laxa, sit contraria opinio. Mutator admonere debetiorum debet de lucro quod ratione mutui sibi cessat, eique dicere: Adverte, me habere quadragesimam scuta: ducenta otiosa in arca habeo, accipis; nihil a te repetere praeter fortem valeo. Si qua sunt negotiationi destinata, praeterea; quinquae in centum solvere debes ratione cessantis lucri. Cachinnis, & libilis haec propositioem mutuatorem suscipiet. Nonne responderet, omnia esse eiusdem valoris, & aptitudinis? Sive otiosa, sive mercaturae destinata mihi praeterea,

perinde mihi est. Verum si tu hac laboras dementia, ut plures facias haec praesens illis, da mihi quae in mente tua sunt otiosa; cum propter ista nihil tibi rependere debeam.

**II.** Quis sensu communi praeditus in animum sibi inducere possit, haec tam manifesta principia in discursum vocanda a Theologis esse? Et tamen non unus aut alter, non aliqui de Casuistarum vulgus, sed graviores, doctioresque iniores contrariam opinionem propugnant, & commenta haec pertinentia adeo festiva excogitantur, ut eadem ob oculos referre opere pretium existimem, quo inde colligas quam caute legenda sint non paucorum opera.

**III.** Quaeli. I. Probabilisne est opinio Tamburini, concedentis titulum lucri cessantis mutuatori habenti pecuniam superfluum? Resp. Haec opinio falsa est, & laxa. Eam docet P. Tamburinus *Lib. IV. tract. 1. cap. III. §. 4. num. 2.* his verbis. "Si habes domum, aliam pecuniam otiosam, hanc tamen quam mutuas, negotiationi destinaveras, adhuc potes, si hanc destinata mutuas, exire lucrum cessans: quia revera ratione mutui cessat tibi eiusmodi lucrum ex hac destinata pecunia." Eandem defendit *Lib. VIII. cap. VIII. §. 3. num. 11.* ubi pro se citat Aragonium, & Valentiam Tom. III. disp. v. quaeli. xx. part. 2. quia, inquit, haec tibi fructificatura est, & non alia. Haec eadem verba Tamburini de more transcribit Patritius Sporer *tract. VI. in 7. precept. cap. IV. sect. 2. §. 3. num. 44.* ubi citat Molinam, Lessium, Laymanum, Lugo. Ex his quae dixi, constat laxitas & falsitas opinionis. Ut autem evidentiis pateat, exemplo sensibilibus veritatem confirmo. Faber ferrarius habet duos malleos eiusdem conditionis, & ad suae artis opera aequalis aptitudinis. Latio unam rapit destinatum in diem crastinum ad opera exercenda. Faber habens alterum malleum, labore neglecto, otiosam vitam agit. Numquid latio, praeter mallei restitutionem, lucrum cessans fabro compensationem istam iure valeat? Nonne omnes qui sensu communi non carent, dicent, lucrum cessasse fabro ob eius ignaviam, & desidiam, secus ob furtum? An non idem dicendum de mutatore qui, praeter centum mutuo tradita, habet alia centum prompta, otiosa, eiusdem omnino valoris, & aptitudinis ad lucrandum? Falsa itaque est, & feneratoria opinio Molinae, Lessii, Laymani, Tamburini, Sporeni, & La-Croix, qui *Lib. III. part. II. num. 861.* docet, te posse petere lucrum

lucrum cessans ex pecunia mutua, etiam si aliam pecuniam habes quam ex nimia etiam sollicitudine reserves familiae. Alia tibi docet magis laxa, ut mihi videtur.

**IV.** Quaeli. II. Quid de opinione Lugo, qui distinguit lucrum in genere causa finalis, & efficiens? Resp. Cardinalis de Lugo Theologus quo acrior, eo aptior ad liniendam Ethices christianae severitatem, proponit super haec secunda conditioem hanc quaestionem *disp. xxv. sect. 6. §. 1. num. 91.* Circa ea eandem conditionem quaerit secundum do, an dicatur lucrum cessare causa mutui, ita ut pro eo possit aliquid a mutuario exigi, quando aliquis servat aliquam negotiationem apud se, quam ideo noluit ad negotiationem applicare, ut haberet ad manus pecuniam pro iis qui mutuo petunt?...

... Lessus num. 88. & sequentibus hunc casum dividit in alios duos. "Primum est quando scio te postea periturum mutuum, & in gratiam tui luctu negotiationi pecuniam aliquam, ut possim tibi postea mutuare: in quo casu dicit, posse ultra fortem exigi.... Secundus casus est, quando non scis de aliquo in particulari mutuum petituro, sed quia multi postea mutuo indigebunt, subtrahis pecuniam negotiationi, ut possis tuis, quicumque sint, mutuare: quo casu dicit probabile videtur quod possit postea exigi lucrum cessans, praesertim speculativo loco, quando, si animus retineatur negotiandi, si pecunia illa non mutuo daretur &c." Claritas gratia possumus primum casum in alios duos subdividere. "V. Ut proluxitatem nimiam evitem, omitto transcribere hanc casuum divisionem; cum eodem tere recidat. Ubique enim admittit titulum lucri cessantis; & doctrinam, mihi tamen mirificam, promit num. 93. his verbis.

**VI.** Unde ad rationem dubitandi, dicere possumus, etiam tunc mutuum esse causam lucri cessantis: quod dupliciter explicari potest.

Primo in genere causa finalis: ideo enim a negotiatione, & lucro praesenti cessas, ut postea possis mihi mutuare: nec videtur requiri quod mutuum sit causa efficiens, & antecedens PRIORITATE REALI cessationem lucri, sed videtur sufficere quod in genere causa finalis sit causa cessandi a lucro: sicut etiam NOSTRA SALUS ET IUSTIFICATIO dicitur CAUSA PASSIONIS CHRISTI, quia sine finis propter quem Christus mortuus est: nec minus gratias esse debere et quod damnatum patitur, ut me liberet, quam si, me petente, Conc. Theol. Tom. VII.

ut patiar; licet in primo casu mea liberatio sit causa finalis, & in secundo meae proees sint causa moralis efficiens.

**VII.** Secundo addere possumus, voluntatem mutuatorem futuram praesentem esse causam moralem efficiens: desistendi a lucro negotiandi. Nam licet non movearis a mutuo praesentio futuro absolute ad subtrahendam pecuniam: non enim ideo desistis a negotiandi, quia mutuatorem es; sed ideo mutuatorem es, quia desistis a negotiandi: sed tamen movearis a praesentio voluntate mea futura petendi mutuum. Quare vere mea voluntas, & petitiio mutui est causa moralis cessantis lucri, quod sufficit ad exigendum interesse &c.

**VIII.** Nimis fortasse subtilia & acuta haec tibi videntur: ideo tulus hac ipsa exponit post varias speculationes. Haec enim subdit num. 94.

**IX.** His suppositis circa utraque partem prioris casus dicendum videtur consequenter, in posteriori etiam posse exigi lucrum cessans, quando nullus in particulari praedictur periturus, sed aliqui in communi, in quorum gratiam pecuniam a negotiatione subtraxisti; prout absolute, & sine scrupulo concedit Maldenus.... Ratio ex dictis colligi potest: quia inter hunc secundum casum, & primum ea sola differentia esse videtur, quod in primo ego in particulari praesentis fuerim mutuum periturus: in secundo autem non sum ego praesentis in particulari, sed aliqui in communi, & indeterminati. Hoc autem ad propositum parum referre videtur.... Quod explicari poterit exemplo supra adducto PASSIONIS CHRISTI. Licet enim Christus ante voluntatem patiens non praesentem determinate peccatum futurum huius hominis; sed aliquos homines mortales peccatores, ad quorum iustificacionem voluit sanguinis pretium persolvere; adhuc vere dicitur peccatum huius hominis fuisse causa ut pateretur. Ratio autem est, quia sub illa distinctione cogensur omnia futura distinctum, & ita volens mori pro his liberandis qui peccaturi erant, voluit mori pro hoc, si hoc de facto peccasset. Si ergo vis reservare pecuniam pro illo qui petiturus est, quicumque ille sit, praesentis aliquem periturum, pro illo de facto voluisti reservare, quavis indeterminati cognitio.

**X.** Haec, lector, perpende: & serio recoga, quibus humanis cogitationibus graviora evangelicae Moralis mandata involvantur, quibus commentis arbitrariis deludantur. Quo disputato procederet, si revocare ad leviores critice vellem sacratissime Christi IESU Passiones, salutis nostrae uter-



na, & iustificacionis sublimia, divinaque arcana, rei mercatorie, lucroque intercepto applicata? Quid, si palam facerem comparacionis istius commentum? Ex tanta mysteriorum sanctitate usurarum pallia erouunt? Et tamen ista argutationes ille sunt quas posteriores, & vulgares Casuiste tamquam oracula & calo delapsa suscipiunt, & magnificant. Hanc doctrinam de lucro cessante citat P. Sporer *loc. cit. num. 44.* ubi inquit: *Vide de Lugo de hoc late, & doctissime differendum.*

## §. V.

*Examine quartæ, & quinta conditionis, nempe quod debitor mercator de lucro cessante; & quod initio contractus exigi nequeat. Opiniones Lessii, Azorii, Luge, Tamburini, Caramuelis, Salas, Bannii, & aliorum laxæ.*

I. **L**ucrum cessans consideratur vel tempore mutui, vel post elapsum mutui terminum. Respectu posterioris lucri non requiritur pactum, docent plures Auctores: quia debitor morosus culpabilis sibi comparatur, qui tenet rem alienam invito domino. Et seipsum debitor qui ultra præstitum tempus restitutionem differt, non ob impotentiam, sed ob malitiam, invito domino, nulla præcedente admonitione sive pacto, ad compensationem astringitur. Admonitio requiritur, ne debitor præsumat consentiam creditoris in solutiõnis dilatacionem. Ut vero debitor teneatur, sive ad damnatum emergens, sive ad lucrum cessans tempore mutui, necesse est ut moneatur; quemadmodum supra iam ostensum est. Quoniam ut onus, & gravamen mutuo extrinsecus fubeat, eius consensus necessarius est.

II. Non desunt, qui doceant, in mutuo accepto a mercatore non esse necessariam admonitionem, neque pactum. Quandoquidem mercatores pecunias suas negotiis expolitas habent; neque mutuas tradere solent sine recompensatione intercepti lucro. Quare eo ipso quod mutuatarius petat mutuum a mercatore, præsumitur in cessantibus lucri compensationem assensum, nullo expresse pacto, vel monitione.

III. Id a me non probatur. Contractus mutui initium cum mercatore, idem est ac initium cum nobili, & quocumque alio. Respectu omnium officium est caritatis, & liberalitatis; & omnes isti illum vocant fructu iuris. Vi istius contractus nihil præter

fortem debetur. Ineundis itaque aliis contractibus præter contractum mutui, dum aliquid supra fortem solvendum est. Utrinque ergo mutuus requiritur consensus.

VII. Quæst. I. *Licitum ne est exactio lucri cessantis initio traditi mutui?* Resp. Omnes absolute docent, recompensationem istius lucri non posse statim ac traditum mutuum esse, exigi: & est conditio quinto loco enumerata, quam omnes requirunt ut necessariam. Ratio evidens est. Nam si dum mutuo traditis centum, decem continuo accipias pro lucro cessante, mutuo tradis dumtaxat novingenta. Accedit quod dum mutuo pecuniam das, non es passus detrimentum cessantis lucri. Quo ergo titulo præstium possides. Non ratione mutui, quia lenerator es. Non ratione detrimenti, quod adhuc non sustulisti. Ergo iure nullo. Hæc adhuc clara & manifesta sunt, ut nemo crederet potuisse a quopiam in discrimen adduci. Sed acuti quidam Auctores, quo veritates evidenciores sunt, eo fortius nervos intendunt, ingenijque acuerunt, ut easdem ad mores hominum inflecterent. Animum tuum para ad audienda commenta incredibilia, & paradoxa sane prodigiola.

V. Quæst. II. *Probabilis ne est opinio Azorii afferentis licitam esse initio contractus lucri cessantis compensationem; dummodo non pecuniam, sed diversa merce fiat solutio?* Resp. Azorius non est vulgaribus Casuistis accensendus, sed inter iustiores gravis Theologus est, atque eruditus: & utriusque iuris peritissimus: nihilominus Probabilissimi caliginis & ipse obductus non raro ad laxiora decitatus. Recribam que docet, dum hanc conditionem explicat *III. Part. Lib. P. cap. v. quæst. 111.* Primum defendit communem opinionem his verbis. » An lucrum cessans » possit solvi anticipata solutio? Respondetur » deur ex communi consensu non posse » Sed notandum est, hoc intelligi sic. v.g. » mutuat Titius Caio centum, & quia con- » venit inter eos ut ratione lucri cessantis » Caius solvat Titio quinque, dicitur anti- » cipata solutio, si Titius det Caio nona- » ginta quinque, & ratione lucri cessantis » retineat quinque. Hoc omnino est illicitum, quia est usura manifesta. Nam perinde est ac si mutuet novaginta quinque, » ut postea sibi reddatur centum.

VI. Hactenus tradidit communem doctrinam, obviam, & evidentem. Audi nunc liminatum. *At vero non est illicitum, si anticipata solutio intelligatur sic. Mutuat Titius centum Caio, & convenit inter eos ut*

ratio

ratione lucri cessantis Caius solvat Titio quinque, v. g. certam portionem olei, vini, frumenti, vel parva gallinarum; que dat Caius ratione illorum quinque, de quibus solvendis convenit inter eos ratione lucri cessantis.

VII. Artificium istud vestitum est. Hoc eodem velamine tempore Ambrosii, & Hieronymi usuras obtegebant leneratores. Vestitum inventum explodit S. Ambrosius Lib. de Tobia cap. vii. *Merique... non in pecunia usuras exigunt, sed in mercibus eorum... Ficus enim ista, & circumscriptio legis... Et esca usura est, & vestis usura est. Quod velis, ei nomen imponas, usura est.* Hanc eandem cavillationem inflectat Hieronymus Lib. VI. Com. in cap. xviii. *Ecc. ch. iniquiens: Putant quidam usuram tantum esse in pecunia... Alii pro pecunia accipiunt manifestata diversis generis, puta oleum, vinum, par gallinarum. Et non intelligunt usuram appellari superabundantiam, & quidquid aliud est. Et quomodo Patres sancti in antecessum labefactantes iniorum commenta.*

VIII. Non modo omni probabilitate caret hæc opinio Azorii; sed laxa simul, & ridicula est; & eadem prorsus ac illa consultata a SS. Ambrosio, & Hieronymo. Quid? Dum mutuum tradis, nequis simul exigere lucrum cessans, puta quinque in centum in pecunia; ac potes exigere aliquid aliud quod estimatur quinque, v. g. portionem olei, vini, frumenti, vel parva gallinarum?

Præclara profecto calliditas invento. Dum ergo mutuo tradis oleum, potes recipere aliquid aliud quod estimatur quinque, nempe quinque soluta. Et dum mutuo das frumentum, potes recipere aliquid aliud quod estimatur quinque, nempe quinque eadus olei. Et dum mutuas tradis centum parva gallinarum, potes recipere aliquid aliud quod estimatur quinque, nempe quinque parva columbarum. Non alius argumentis hæc puerilis cavillatio exprobanda est, ne, si serio constaretur, aliquid, iuxta Terulliani dictum, gravitatis acquirat. Eam detestatur vel ipse Tamburinus Lib. VIII. cap. viii. num. 20. quia, inquit, *illa olei, vel vini portio, licet physice non sit pecunia, est tamen æquivalens.* Opinione tamen Azorii descendit Salas, & probat de Lugo disp. xxv. sect. 6. §. 1. n. 10.

IX. P. Thomas Tamburinus, ut sepe dixi, inioribus fere omnibus palmam in lienda christiana Morali præcipuit, sive licenti, & ordinis pericuitatem, sive libertatem, & leporem, quo cogitationes suas exponit, ipse. Versat hæc questionem Lib. IX.

cap. 111. §. 3. & improbitas aliorum cavillationibus, inquit: *Nos aliqua remedia, seu iusta artificia tradidimus Lib. VIII. in Decalog. tract. 111. cap. viii. §. 3. num. 16. quorum auxilio aliqui anticipato summi possit. In examen itaque veniant hæc iusta artificia P. Tamburini.*

X. Quæst. III. *Iusta ne sunt artificia ad honestandum lucrum cessans, solum initio contractus mutui, que invenitur P. Leonardus Lessius, Caramuel, & Tamburinus?* Resp. Ut iustum iudicium feratur in hæc artificia, prius exponenda sãnt propria Auctorum verbus. P. Thomas Tamburinus cit. Lib. VIII. tract. 111. cap. viii. §. 3. num. 16. his verbis refert primum artificium Caramuelis, qui Lib. II. Theolog. moral. num. 755. n. tollit sic difficultatem. » *Fiant duo contractus: alter mutuatõnis, alter venditiõnis; & sic poterit mutuas sumere nunc decem, vel saltem octo vel sex.* » Explico (inquit Tamburinus.) Mutuas nunc mutat centum aut, reos cum spe ut recipiat hinc ad annum ex lucro licito, præter fortem, alia decem. Vendat nunc anticipato hanc spem denarii lucri ipsi mutuatario, quo spes valebit v. g. omnibus ab experto viro expendi, sis, sex, vel octo aureis; nam statim nunc poterit sine labe usurarum hos sex, vel octo aureos sumere, non quidem ex vi mutui, sed ex vi venditiõnis sperati a se lucri, & venditi mutuatario.

XI. Hactenus Tamburinus, qui propriis verbis exponit artificium Caramuelis abique ulla alteratione, & rei substantiam spectes. Ceterum, quia Caramuel acutor est Tamburino, & non minus inreptus, ac lepidus in suis promodis inventis, interit verba ipsa Caramuelis referens, que *loc. cit.* enumerata sunt. » Respondet ibi celebrari duos contractus, alterum mutuatõnis, venditiõnis alterum; hæc esse extra conceptum alius, & se habere ad illum solummodo » concomitantem. Datur mutui centum aurei, & venditur incommoditas lucri cessantis pro aureis duodecim. Dico igitur ex regula V. C. plus valere pecuniam numeratam quam numerandam &c. » Hoc capitale principium probabilissimum consistit iusta pericuitatem non expoluit Tamburinus, qui ibidem num. 20. hoc Caramuelicum artificium probat: nam inquit, *si sincere exhiberetur, nihil continet iniquitatis.* Et tamen ut iniquum damnatum est ab Apostolica Romana Sede. Hoc ergo artificium, quo iniqui leneratores incipiunt supputationem lamme mutuatõis, dicentes *sex, octo, duodecim, si*

R

a

lin



finere exponatur, nihil continet iniquitatis? Nonne vel ipsum vulgus tam crudelem usuram perhorrescit? Sed pratereamus nunc severam argumentationem.

XII. P. Tamburinus ibidem num. 18. inquit: LESSIUS Lib. II. cap. xx. dub. 11. num. 100. ab eadem difficultate sese liberat. Adhuc? Ab hac usurae difficultate sic se liberat. Sed rescribamus verba Lessii, relata a Tamburino. Mutuet quis tibi centum ita ut mutuet cum interesse solum 91. & 9. sine interesse. Nam mox hac 9. reddere mutuantis potes sine ulla ipsius iniuria pro interesse debito illic 91. Tunc enim tu mutuatarius non solus lucrum ex ipsa summa mutata cum interesse, sed ex alio, quo pacto plus equo non gravaberis. Hæc sunt verba P. Leonardi Lessii, relata a Tamburino; quod licet non sint illa ipsa materialiter, sunt tamen formaliter. Legi enim et Lessium in fonte, ut facio semper, dum res postulat.

XIII. Adversus hanc doctrinam Lessii clamabit mutuatarius, se crudeliter gravatum esse, quod debeat solvere lucrum cessans, antequam mutui beneficium expertus sit, & quod re ipsa, sublati artificii, loco centum recipiat 91. Sensit acutus Tamburinus difficultatem, quam sibi opponit, & attice respondet 91. Dices: Gravabor ex eo quod anticipato sive quod nondum debeo. Respondo sic pro Lessio. At certo debebis: & ex alia parte molestia dandi nunc quod debebis postea, compenari sufficiens videtur ex eo quod mutuantis gratis mutuat tibi, & sine interesse illa novem. Ambo artificia Caramuelis, & Leonardi Lessii approbat Tamburinus tibi his verbis. Primus, & secundus (modus) approbentur. Nam si sincere exhibeantur, nihil continent iniquitatis. Tamburinus ipse hæc duo artificia Caramuelis, & Lessii expoliat. Quis ergo de sincera expositione ambigere audeat?

XIV. Ne verborum multitudine ambiguum reddatur artificium Lessianum, simpliciter, & perspicua explicatione declarandum est. Mutuatarius a Caio centum ad annum. In fine anni debaris reddere centum & novem. Centum, quia tantumdem reddendum: novem, ratione lucri cessantis. Causa non vult expectare anni finem, sed vult illa novem illo ipso tempore dum tibi mutuum centum dat. Hoc omnes, etiam ipse Lessius, usurae damnant. Verum ut sine ulnæ labe id facere possis, hoc artificium excogitavit mentale. Causa loco sortis intendat computare solum novaginta & unum. Alia novem intendat gratis mutuo tradere. Hæc novem statim illico re-

ponenda sunt in manu Caii mutuatoris. Cui postea in fine anni non novaginta & unum debebis reddere, sed centum. Ut videtur, hic est merus verborum dolus, & artificium, quod undique dolis, & fraude icat. Quid? Gratis mutuo das novem: & hæc novem statim in manus redire tua debeat? Ergo mutuum chimericum, & inane iuxta omnes ad unum tam Ictos, tum Theologos: quia inter mutui traditionem & restitutionem interfluere congruum tempus debet. Pater ergo hoc solo capite artificii facilitas. Rursum festivum artificium prodir usum manifestam ex omni parte. Fateri P. Lessius cum ceteris omnibus Theologis, quod mutuo tradere centum, & exigere statim decem, novem, vel sex, sit usura. Veritas illa nec in dispensationem vocatur. Quoniam dum centum mutuo traditis subtrahis illico decem tibi retinenda, remanent novaginta dimittat pro mutuatario, qui elapso anno reddere centum debet ob novaginta accepta. Quodnam remedium verum, & reale in re ponit P. Lessius, ut hanc plerumque iudicatum usuram honestet? Quodnam? Intentionem mutuatoris. Intendat is mutuo tradere cum interesse lucri cessantis novaginta; decem vero gratis mutuo det. Quid tum? Recipiet continuo in manus suas illa decem pro interesse solvendum ob novaginta. Quid? Battologia hæc tibi videtur? His distinctivis possent honestari adulteria, fornicationes, furti, & quid non? Falleris, reclamat P. Tamburinus, qui pro Lessio, inquit, responderem sic. At certo debebis: & ex alia parte molestia dandi nunc quod debebis postea, compenari sufficiens videtur ex eo quod mutuator gratis mutuat illa novem. Novum casuisticè lubriliterat commentum. Gratia itaque mutuum dote novem, vel decem est pretio æstimabile? Quando ergo Christus dicit, Mutuum date, nihil inde sperantes, docet ut aliquid recipiamus? Siquidem hoc nihil sperate, neminem recipere, est quid pretio dignum. Si mutuatarius per annum retineret illa decem, ex eorum negotiatione aliquid lucraretur, quo facilius integra fortis solvere interesse posset. Hæc sunt nimis acta. Solvat statim, quia gratis accepit illa decem. Infaceris, quod deridenda tam inaudita, & festiva inventa exhibeam? At nunquid solidior argumentatione confutari similia possunt? Si plura contra hoc artificium, quo P. Lessius a fenore liberare Christianos tibi blanditur, cupis, legesit P. Magistruum Gennaro, qui tulo calamo invehit contra hæc commenta recog. 2. §. 2. ubi frequenter exclamatur:

nam

nunquam in hæc artificio reperiri posse voluntatem sinceram, imo semper dolosam, & fraudulentam. Require in hoc mutuatore voluntatem sinceram: invenies plenam dolo, & fraude... O istum artificium!

XV. Quest. IV. Quid attendendum de iudicio P. Dianae super his artificibus Azorii, Lessii, Salas, & Tamburini? Resp. Ex tribus recentitis artificibus, quorum auxilio P. Tamburinus alerit, abique usurae labe te posse exigere statim lucrum cessans, detrahendo de summa mutuatarii novem, aut decem, vel octo, quodnam sit magis castum, non facile dixerim: nam omnia de palma certant. P. Antonium Diana, alter casuistica benignitatis facile Princeps, rescribit duo artificia Lessii, Azorii, & Salas, Tom. VI. coord. tract. VII. resol. 47. num. 3. inquit: Ostendam Confessoris duos modos, in quibus peccantes mutuum possunt pariter, ut statim sibi lucrum reddatur ex illo mutuo. (Lucrum ex illo mutuo? scilicet.) Primus modus est Leonardi Lessii &c. Secundus est Joannis de Salas... & Joannis Azorii &c. Audi conclusionem. Notabunt hæc Confessorii, & in praxi se expedierint. Ad tollendas occasiones peccatorum hic MONITIS utantur. Similibus monitis non modo a lege usuras vetante, verum etiam sermone dixerim ab universo Decalogo in praxi se se expedient. Hi sunt novis agni, qui tollant occasiones peccatorum. Obstanter Probabilistam aliqui nos minus reverenter Casualitas suspicere, & ab eorum libris volvendis lectores avertere. Personas suspicimus, sed laxas detestamur opinioniones, a quibus legendis, & exequendis omnes pro modulo nostro avertere Rudemus.

XVI. Quest. V. Quid attendendum de opinione P. Bannii, qui abique ulla artificia nisi statim lucrum solvi occasione mutui? Resp. P. Antonium Diana hoc ut. ref. 48. proponit his verbis questionem. An si usura velletur mutuatarius initio mutui solvat lucrum occasione mutui? Scluso scandalo, negative responderet Bannius Theol. Mor. Tom. V. Lib. II. quest. xxii. Prima (inquit Bannius) quæ est tempus quidpiam usurae extrinsecus. Ergo ab eo lucri cessantis solutio non trahit usurae imbecillam, ac vitium. Plures alias rationes transcribit P. Diana ex P. Bannio, quas breviter gratia missas facio. Postea concludit P. Diana num. 6. Sed hæc opinio mihi non placet, & singularis contra commentum Dictionum videtur. Si vel Diana opinio P. Bannii non placeret, quisque iudicet quam sit laxa. Caramuel, Lessius, Salas, Azorius, Tamburinus delatantur ut inveni-

rent artificia coniungendi simul cum traditione mutui solutionem lucri cessantis. P. Bannius duobus verbis totam rem dirimit: Est tempus (inquit ille) quidpiam usurae extrinsecus. Ergo ab eo lucri cessantis solutio non trahit usurae imbecillam. Argumentatio ista hæc non est artificiosa, ut illa Lessii, Azorii, Caramuelis, Salas, Tamburini, sed simplex, & clara. Tempus est extrinsecum usurae. At nonne extrinsecum est tempus adulatione, homicidio, furto, fornicatione, & ceteris actionibus? Quid hæc obrudis, quæ nunquam licita sunt? Sed neque usura aliquando licita est. Cur ergo tempus extrinsecum in lubricum advocas? Sed nunquid ego otio abatar in convellenda opinione iam improbata a Diana, tamquam contraria communi Doctorum juniorum sententi?

### §. XI.

Cetera conditiones necessarie ad iustum titulum lucri cessantis.

I. Quest. I. Ut mutuator queat licite lucrum cessans exigere, debet non lucrum velle potius ex negotiatione quam ex mutuo? Resp. Sexta conditio, quam Conradus, & ceteri communiter Theologi requirunt ad honestam exactionem cessantis lucri, est, ut mutuator malit lucrum ex pecunia expolita negotiationi quam ex eadem pecunia mutuo tradita. Hæc pecunia debet negotiationi, cui destinata erat, subdaci ad preces mutuatarii, & sincera voluntate succurrendi eidem necessitati, non casu ex mutuo lucrandi. Verum quia lucrum illud percepturus ex negotiatione eras, & tibi cedat causa propter illud cessat perentis, ideo consequenter poteris illud exigere. Primum ergo velle sincera debes eglatem sublevare perentis, & palsa lucri, quod ex negotiatione amittis, compensationem exigere.

II. Quomodo hæc in praxi occurrunt? Tamburinus Lib. VIII. in Decal. tract. I. cap. VIII. §. 3. num. 11. cum Lessio, Lugo, Maldero, ut iam supra vidimus, docet fac esse voluntatem conditionatam; id est, Velle hanc pecuniam applicare negotiationi; sed quia multi petunt mutuum sunt, nolo illam negotiari, sed mutuo tradere, & lucrum capere ex mutuo. Quis non videt hoc esse usurae pallium? Efficaciter enim vult lucrum ex mutuo, & inefficaciter ex negotiatione cessat, detrahi debet, ut iustus titulus.

III. Quest. II. Quis de lucro quod ex negotiatione cessat, detrahi debet, ut iustus titulus.



tulus sit in mutuo? Resp. Communiter defensores lucri intercepti docent, non posse totum lucrum percipiendum ex negotiatione, exigi a mutuuario; sed diminuendum esse, spectatis in expensis, laboribus, periculis, incertitudinibus &c. Verum quis erit rectus, & aptus iudex horum omnium? Prudens, & bonus vir, inquit. At ubi reperendus, qui a partium studio immunis sit? Icti difficultiam hanc taxationem reputant, non modo quia defecere probationes solent ad demonstrandum quod lucrum vere cessaverit; verum etiam quia vix probari potest quantum cessaverit. Iuniores Theologi mutuo dissentunt. Tamburinus *Lib. vlt. cap. viii. §. 3. num. 15.* cum Lessio, Salas & aliis adverteat, homines communiter nalle laborare lucrando quam otiosi sine lucro: ideo non nisi parvum pretium detrahendum esse ob cessationem ad hoc labore. Lugo *disp. xxv. sect. 6. §. 1. n. 97.* suse refert varias Theologorum opiniones, & ipse *num. 99.* concludit, parvum, aut nihil detrahi debere ob laborem mercatoris. Martinus Bonacina *disp. 111. qu. 111. punct. 4. prop. 2.* tantum exigi posse docet, quantum daret mutuarius alteri qui redderet illum securum de lucro sperato; tantumque detrahendum pro labore, & molestiis subeundis in negotiatione, quantum ipse daret, ut se a labore, & molestiis liberaret. Diana *loc. cit. resol. 48.* fatetur, taxationem hanc serupulosam esse. Alii standum esse contendunt statuti Principum, & consuetudinibus locorum propriis. Alii reliquiam hanc regulam pro foro conscientie: quia accidere potest, nihil lucri cessare ex negotiatione, cui destinata pecunia erat. Et hoc titulo apud antiquos Principum concedantur lucri exactioem in foro externo, ob presumptionem lucri repta intercepti, in foro tamen interno exigi nequit: quia repta, cum deficiat tunc titulus lucri intercepti, exigetur accessio supra sortem vi mutui; quod nulla Principum lex in foro conscientie honeste potest.

IV. Alii insistent, nihil detrahendum esse, quando lucrum certum, & determinatum est tam in genere, quam in individuo, seu in quantitate; quando vero lucrum certum est in genere, & indeterminatum in individuo; tum diminuendum lucrum esse libudum. Alii docent, spectandum esse negotiorum varietatem, personarum industrias, & plura alia. Hæc iuxta iuniorum, qui defendunt titulum lucri cessantis, placita. Quid a me in tanta opinionum varietate expectas? Dicam §. ultimo.

V. Quæst. III. Quid de duabus ultimis conditionibus dicendum? Resp. Ultima due conditiones levioris momenti sunt: ideo paucis exponendæ. Septima igitur conditio est, quod mutuum non sit præceptum & imperatum a lege. Nam tum evidens est, gratis tribuendum esse, omni lucro semoto. Neque hoc in controversiam vocatur. Sermo enim semper est de mutuo quod cadat sub consilio, non sub præcepto. Octava & ultima conditio est, quod mutuarius non se infamet, sed scandalum declinet. Conditio hæc non iustitiam, sed honestatem actionis spectat. Et, ut mea præsertim opinio, conditio ista superflua est. Nam semel posito quod titulus lucri cessantis sit iustus, non video cur infamare se mutuarius possit, aut scandalum pati mutuarius, vel ceteri. Possius qui hanc conditionem invexerunt, de iustis tituli iustitia dubitarunt; cum vel ipse populus scandalum patiatur, dum videt lucrum ex mutuo percipi.

### §. ULTIMUS.

Fauca lectori consideranda proponuntur.

### AUCTORIS CONSILIUM.

I. *Consideratio prima.* Paucis, quid in praxi agendum sit, perstringam. Animadvertas primum omnium velim, grave dissidium, & divisionem Theologorum in præcepto questionis puncto, sit ne admittendus titulus lucri cessantis. Altum de hoc titulo apud antiquos Principum concedantur lucri exactioem in foro externo, ob presumptionem lucri repta intercepti, in foro tamen interno exigi nequit: quia repta, cum deficiat tunc titulus lucri intercepti, exigetur accessio supra sortem vi mutui; quod nulla Principum lex in foro conscientie honeste potest. Eas ego distincte, & suse etiam expendi, atque germanum earundem sensum expolui; & denuo illas tibi paucis meditando propono. Necessè est primo ut mutuarius rogatus sit, & amore subveniendi proximi egestati mutuum tradat, non lucrari, & propriæ commoditatis ipe affectus. Quare mutuarius ultroneus & paratus, fenerator est. Secundo lucrum istud non fictitium & imaginarium, sed verum & reale sit, necessum est: insuper determinatum aut in genere, & quantitate, aut saltem in genere.

neri tantum. Tertio mutui causa unice defecere lucrum debet: quod contingit, dum pecunia revera negotiationi est destinata, & occasionebus ultra se offerentibus, aut proxime præsentibus negotiandi, & lucrandi subtrahitur; ut proximo subveniatur, autque pecunia otiosa, mercaturæ subvertenda, desit. Quarto monendus debitor est. Quinto lucrum exigendum statim non est, sed solum dum mutuum redditor. Sexto expendenda sunt pericula, molestiæ, incertitudo faulti eventus, & labores in negotiatione sustinendi, ut iusta lucri quantitas taxari possit.

II. *Consideratio secunda.* Si una, vel altera ex his conditionibus deficiat, fenebris est lucri accessio supra sortem. Interroget quisque conscientiam suam, quandonam in praxi hæc contingant. Præterea quis in tanta conditionum varietate certum ferre iudicium valet? Propugnatores lucri cessantis primo aspectu benignitatis specie te demulcent; at, ut ego quidem arbitror, quot conditionibus lucrum istud circumseptum, tot te implicent laqueis. Conditiones præscribunt quæ vix, ac ne vix quidem servari repta solent. Quamobrem opinio quæ benignitatis larvam extrinsecus præfert, omnibus mature expensis, intrinsecus crudelis est: quia innumeris perplexitatibus, & angustiis animum tuum agit, & excruciat.

III. *Consideratio tertia.* Ut hoc evidenter pateat, in mentem revoca artificia, cavillationes & laxitatem potentia, quæ plures Theologi excogitarunt, ut conditiones istas extenuarent. Ipse audisti paradoxa incredibilia, quibus ab usura purgare lucrum istud conatur. Istorum ne opiniuiculis conscientia tue regule erunt? Horum ne auctoritati unicum æternæ salutis tuæ negotium committes? Animum tuum in divinarum Scripturarum oracula adversus fenora, & fenores converte. Sanctorum Ecclesie Patrum gravissimas declamationes contra usuras serio meditare. Quorum tanta levitatis Scripturæ, & Patres improbarent usuras, si sola verborum diversitate lucrum ex mutuo honestum evaderet? At si hunc cessantis lucri titulum damnas, languent commercia, egestes pereunt, & Christiani damnantur. Ita ne vero? Cedo. Ignoravit ne Deus, qui indefinitæ, & nullo adiecto limimento, usuras dampnavit, quæ sint commercis opportuna, quæ subsidia egentibus congruat, quæ salutis æternæ sint necessaria? Quam ferventibus animarum salubrem anhelant, sicutque, iuniores Theologi; be-

nieque Casuista, aut Patres sancti? Nihil hodie ad faciendas usuras invenerit homines quod Basilio, Gregorio Nysseno, Ambrosio, Hieronymo, Augustino oppositum non fuerit. Videbant & ipsi hominum commercia usuris polluta. Aituaabent & ipsi non minus quam Theologi nostri hominum salutis desiderio, ac fervore. At non propterea leges severitatem delinquerunt, & ad hominum mores illam inflexere: non propterea facis periculorum, lucri cessantis, tristitia concepte ob peccata alienationem, fenoris horrorem occultaverunt. Sed quæ acutiores erant fenores in excoptandis pro usura cavillationibus, eo ipsi vehementius in ulnarum invecti sunt, & prætextus omnes dissiparunt, effugia præcluserunt, & pro doctrinæ integritate acerrime pugnarunt.

IV. *Consideratio quarta.* Si opiniones confiterentur quæ hæcenus recentius ex iunioribus, & quidem gravioribus Probabilistis, exalaret a mundo usura fere omnis. A multis annis tua mentis indagine hanc controversiam versavi. Molinat, Calvinus, Salmasius, & istius furfuris aliorum doctrinam, pro moderatis usuris inveciam, serio perpendi. Hæreticam opinionem depictam vidi fucis lane delicatioribus, & commentis acutioribus, & ad seducendum, hallucinandumque aptioribus, a nonnullis, probis alioquin, plisque Theologis, qui hæreticorum errorem detestantur. Heine est quod Franciscus Budæus in suis Institutionibus Theolog. moral. II. Part. cap. 111. sect. 5. §. 27. adversus Catholicos obganisens baccharur. *Propter autem hic se traducunt Pontificum Moralista, qui dum acriter contendunt omnes usuras esse illicitas, adeo ne heresis sit, si ferus carere peccato dicatur, tepidissimis tamen commentis, aliisque rebus impastis nominibus, usuris iniquissimis locum concedunt.* Basiliæ salutaris Lutheranus Doctor, dum quorundam Casuistarum commenta universæ impingit Ecclesie Romanæ.

V. Sciat ergo Lutheranus homo, Romanam Ecclesiam istorum Casuistarum paradoxa diris devovisse. Sed missis Lutheranis, ad lectores meos catholicos orationem converto. Vos enixe rogo, ut sanctarum Scripturarum, Conciliorum, Patrum sanctorum, & graviorum Theologorum adversus usuram doctrinæ constanter adhareatis, sprete quorundam iuniorum arbitrariis interpretamentis, quæ, ut vidistis, vel ipsis heretodoxis scandalum ingerant.

VI. *Consilium igitur meum paucis habetote.* Reconpenationem damni emergentis summa



ixta regulas supra traditas admitto. Lucri cessantis titulum ob moram culpabilium debitoris probio; quia vim tui partoris creditor, dum, eo invito, illius pecuniam retinet debitor; & ius habet ad compensationem huius iniurie libi illate ob pecuniam, gratis tradita cum onere restituendi tantundem violentam detentionem. Quare lesio mutue conventionis reparari iusto pretio debet. Nec tamen illi absolute concedo, sed solum positione facta quod ob moram culpabilium debitoris revera dampnum lucri cessantis passus mutuator sit. Si enim indemnitas a dampno mutuator fuerit, nihil repetere a debitore etiam moroso debet. Quia tunc, licet peccaverit debitor contra fidelitatem, differendo ultra tertium restitutionem; tamen si nullum hac sua mora dampnum intulit, nihil compensare tenetur. Hæc omnia, nisi me amor fallit, clara sunt, certa, & compta.

VII. Ad merum lucrum cessans quod attinet, quod necesse cessat mutuatori libero, tamen rogado, si id quod sentio, candidè facti debeam, ut revera debeo, vix ego alicui auctor ero ut hoc titulo quidquam lucratur. Occurrere ne aliquando casus possit illius lucri, omnibus quas expliciti conditionibus ornatas, ignoro. Unum scio, vix unquam in praxi revera omnes illas contingere: quarum tamen si una deficiat, fenebre lucrum est. Interrogant omnes mercatores, omnes mututores, qui continentem mutua tradunt, num callent, & memoria teneant recentissimas conditiones? Ritu interrogationem excipient. Quid quod nec ipsi Theologi, lucrum recipere avertentes, in sensu harum conditionum exponendo conveniunt? Lucrum, defestium conditionibus narratis, fenebre est. Mutuatores conditiones, earumque sensum verum ignorant. Conditiones illæ vulgi captum excedunt: conscientias implicant, & torquent: utram non eliminant, sed tegunt, & solvent. Nec est quod *Tutoris*, & *Rigoris* censuris me iuniores concidant; quodque audacia, & temeritas me redarguant qui communi torrenti me opponere aulam. Miserantur potius ignorantie meæ, & timoris num proprie, tum aliorum salutaris periclitandæ. *Antipicia illa gloriarum auxilio* nos ultra crimen evitaturus spondet Tamburinus cum aliis quibusdam iunioribus, laqueos esse, quibus misere stranguantur generatores, deprehendimus. Iure igitur & merito in gravissima, ac periculosissima questione quod tutius, quod lucratus existimamus, amplectimur, & amplectendum consilium

alium. Nemiame cogimus, cuique libertatem relinquimus eam seligendi opinionem quæ magis sibi placeat.

VIII. Sed, ut sensu aliquo tangantur benigni homines, audiant *Consilium*, non matum, sed ducatum qui inter lucri cessantis de seniores decipiam locum tenent, *Medina*, & *Toletus*. *Medina* cod. de rebus per ulum restit. quarit. in quibus casibus scitum et mutuantur &c. hæc scribit. *Sed quantum in his qui mutuantur, rarissime hæc omnia requisita concurrunt; ideo tales contractus, in quibus aliquid ultra capitale ratione intercessit lucri cessantis existit, dissolvendi sunt, ut sunt.* *Toletus in infract. Succed. lib. VI. cap. XXXIII. sub finem capitis hæc habet. Hæc igitur de lucro cessante dicta sunt. Securus est a tali abstinere lucro, & gratis mutare, cum nullum dampnum emerit. Audiant insuper P. Paulum Comitolium, cuius auctoritas non parvo Caluiliarum manipulo prevalet, Lib. III. Rep. moral. quæst. xxxv. num. 6. *Neque eo quartum Navarra dictum correxi, quod communem recentiorum Doctorum opinionem falsissimè arguam, cum rem suam mutuatam danti sperati lucri actionem, & portionem concedunt; sed ne quis hæc opinionem ut certam sequatur, neve sibi persuadent actionem lucri futuri, quod multipliciter impediri potest, & que instam, certamque esse, ut est illa ex animam sententia quæ datur ob dampnum acceptum. Nam lucri cessantis actionem mutuatam suam pecuniam danti bus negari apud Venetas Magistratus suspensum est; idque nihil Patris Lenti non semel confirmatur.**

IX. Tandem, si unquam casus occurrere possit in quo licitum lucrum cessans reputari deberet, ille profecto esset quem proponit S. Archiepiscopus Antoninus II. Part. tit. 1. cap. vii. §. 15. his verbis. „ Quid, cum habetem pecuniam, & volebam ire ad nundinas, & ibi merces emere, & ad alium locum deferre, vel servare lucri causa, vel possessionem emere? Tu indiges pecunia illa. Recipis eam mutuo a me, offerens paratum te illam restituere cum lucro sperato in termino, & loco: est ne usuraria? Responderet INNOCENTIUS in cap. fin. eod. tit. dicens, quod, licet QUIDAM, contrariam dicant, ipso putat hinc contractum usurarium; sic scit nec contrahentem exulare. Hostiensis vero in cap. Salubriter dicit, quod talis est mihi obligatus ad interesse illius lucri quod facturus eram verisimiliter ex pecunia, modo nihil fiat in fraudem usurarium. IOANNES ANDREAS approbat dictum INNOCENTIUM.

CEN.

CENTII. Et quod dicitur de interesse, & habet locum post moram debitoris; & contrarium dicendo paratur via aperta adferimus. Er hoc etiam placet IOANNI CALDERINO. Sed IOANNES COMMUNITER TENEAUTUR CUM INNOCENTIO, ne via fraudibus aperiat, licet tamen credidit veram opinionem Hostiensis de Ridelphis. Quod etiam dicitur potuisset factum non lucrari, vel perdere. Et ante factum prohibendus est; post factum vero in foro conscientie, ubi erendum est pro se, sicut contra se, cum allerit sine fraude fecisse, videtur posse transire. Sed si extra casum necessitatis, & pietatis, precibus amici hoc facit; tunc eo ipso convincitur quod potius vult uti, ut usurario, mutuo, quam in mercationibus, ut ut vero capitis: unde contractus erit usufructus. Sicut etiam si quis mutuaret alicui pecuniam cum pacto quod si in termino concessio non restituit, ex tunc teneatur ad interesse probabilis lucri. Sed si hoc facit, quia credit illum non posse in termino redere, ut sic inde lucratur, usuram committit art. xiv. quæst. III. Plerique de reg. iur. cap. Certum est Lib. VI. secus, si simpliciter facit, ad tollendam moram licet debitoris, & se conservandum inde teneat. Sic etiam in proposito. Si indignitas amici esset casus extreme necessitatis, vel quasi, ita quod teneatur ex precepto hoc seiens ad illi subveniendum, & dandum; tunc nihil debet expectare ultra capitale, cum multo magis teneatur ad mutuantium quam ad dandum in casu huius necessitatis. Quia ergo homines se ipsos amant, nimis se decipiunt in huiusmodi; ideo potius secundum INNOCENTIUM sunt dissolvendi isti contractus quam admittendi, etiam cum piam haberent intentionem.

X. Quis nunc arguere iure potest licentiam consilium meum, quo laudo doctrinam quam sanctissimus, unquam doctissimus Pontifex INNOCENTIUS, unquam S. Thomas, Durandus, Scotus docent: quam communem in Ecclesia tempore Innocentii fuisse testantur illi ipsi qui lucri cessantis titulo favent? Perpendenda sunt ultima S. Antonini verba. Homines lucro inhiant; seipso nimis amant: pietatis, & beneficentia vero avaritiam tegunt, usuram colorant. Quid? Si ur-

get caritatis preceptum, gratis tradendam mutuum est. Quot sunt qui hoc impleant preceptum? Quando consilium duntaxat mutuum suadet, abstinere ab opere peccato a mutuo vales. Define ergo mutuum dare, ut peccandi periculum declines. Quid te ad mutuum impellit? Caritas? Gratis ergo dandum. Lucrum postulas? Ut minus periculo fenebrandi te exponis. Tu sponte hæc te committis periculo? Ut succurras amico? At si subvenire amico negligis, immunitis & a peccato, & a peccandi periculo es. Ergo apertissime stultus es, qui cum periculo æternum perendi distrahere pecuniam tuam vis, quando abique alio peccandi periculo retinere in arca pecuniam tuam secure potes. Verum re ipsa stultus non es; sed manifestus fenerator: ita non amore subveniend amico, sed desiderio lucrandi ex mutuo, mutuum tradis. Argumentatio isthæc interiori animi tui avaritiam, & usuram evincit.

XI. Verum, ut omnem lectorem meis aniam, quod ad me attinet, carpenti consilium meum eripiam, lucri cessantis rituum probare volo, dampnum recentissimas conditiones revera occurrant. Si quis vero caritatis zelo succensus erga pauperes, animo sincero & christiano iisdem succurrendi, exclusa omni cupiditate lucrandi; omittit emere parata prædia, promptas merces, atque adeo occasione moraliter præsentem lucrandi quatuor & ultra in centum, ut hæc pecuniam mutuam cedat in præfatum finem, hic recipiat, me etiam auctore, moderatam accessionem. Quid a me amplius postulas? Verum quia in praxi me later, hæc non caritate, & zelo quis ardeat; & e contrario manifestet esse homines lucri cupiditate communitur accessos esse: ideo in praxi vix alium consulerent ut petentibus mutuum, potissimum ad negotiationem, ad lucra captanda, traderent cum onere solvendi accessionem. Quisque ergo animum suum consulat, & penitus lultret; ac si experiat coram Deo se caritate moveri ad omittendum lucrum moraliter certum, quod ex pecunia negotiatoria captare potest, ut proximo subveniat; tunc forte lucri cessantis titulo uti poterit. Solus ergo mutuator iudex in hac sua causa esse potest legitimus.

XII. Fufius fortasse quam opus erat, consilium meum manifestavi. Paucis nunc illud confirmo. Sententia damnans lucri cessantis titulum, tempore Pontificis INNOCENTII communis erat. Quid inde? Quid? Communis ergo fuit in Ecclesia ante Pontificem Innocentiam præfata doctrina. Ergo doctrina

dra



na hæc perpetua fuit in Ecclesia; quia nemo redargit Pontificem Innocentium, quod quidquam innovaverit, dum hæc doctrinam propagnavit. Simili prolus argumentum perperitatem doctrinæ nostræ propugnamus contra novatores Luthericos, & Calvinicos: & eodem nunc utimur in ea quam versamus quaestione. Opinio pro lucro cessante nova est. Conradus Sunhemart fere prius eam cum timore & pavore propagnavit, octo conditionum præsidio munitam. Conditiones istæ vix, ac ne vix quidem in praxi servantur; eaque vel ignorant, vel earum intelligentiam non tenent mutatores; immo ipsi Theologi in oppositos, erroneos sensus, ut vidimus, eas detorqueunt. Hanc opinionem alex. plenam fatentur eiusdem patroni; & graviores ab eadem abilitandum suadent. Contra, doctrinam quam nos suademus, tredécim & fere quatuordecim seculorum intervallo communis in Ecclesia fuit. Doctissimi Theologi etiamnum amplectuntur illam. Rursum hæc tuta & secura a cuiusque culpe periculo est.

XIII. Ex quibus omnibus collige cautionem, & moderationem meam, dum doctrinam quam veram iudico, quia traditam a maioribus nostris scio, tibi amplectendam consulo; oppositam vero nec approbo, nec improbo; nemini tantum auctor esse volo ut me vade & sponse illam ad praxim deducat. Quod si post hæc omnia me nimii rigoris redargueret volueris, reponam quæ scribit P. Nicolaus Gennaro loc. cit. recog. 2. §. 2. sub num. 26. *Non me turbat aliquorum benignitatem, ut aiunt, sed melius laxamentum dicent, sectantium censura, quæ me austerum appellat. O utinam hæc, immo maiorem austeritatem atramento ceteris, & præcipue recentiores adiunxissent. Calamitas charitatem lineandam tam amplam, & profusam voraginem usurarum, quæ quamplurimum nostris temporibus deglavit, non effudisset. Replicabis: Nemo te sequetur. Respondedo: Nullam de hoc curam habeo. Non quero affectus, sed veritatem inquiri. Non possum; nec debeo contra conscientiam scribere in materia tam periculosa. Rationes me convincunt. Contra rationes me convincentes non audeo docere, ne me convictum ante tribunal Christi de doctrinæ conscientiam Satanæ audere de accusare. Si lector meas rationes considerando, veli mea doctrinæ acquiescere, acquiescat; si tamen nolit, suæ cum opinionis relinquat: sanctus suus officio mo. Hactenus verus Dominicus P. Magister Nicolaus Gennaro, Theologus valde celebris.*

## CAPUT XVI.

*De peccato fornicationis mentalis, seu quænam spes lucri constituat usum peccatum. Caietani, Serra, Pradi, Molise, Tamburini, & aliorum opiniones periculi plena.*

QUI mutuum tradit ea intentione, & spe, ut lucrum assequatur tantquam sibi debitum, licet nullum pactum sive tacitum, sive expresse interveniat, usura peccatum committit. Manifestus quippe est evangelicus textus: *Mutuum date, nihil inde sperantes.* Lucrentia quoque est resolutio Urbani Papæ III. cap. *Consuluit* de usur. ubi hæc habet. *Cum qui mutuat, alias non mutuaturus, eo proposito, ut licet omni conventiono cessante, plus tamen forte recipiat, pro eiusmodi mutui intentione iudicandum esse male agere, & efficaciter ad restitutionem inducendum.*

II. Usura mentalis duplex. Altera, quæ intra mentem sistit, omni actione exteriora seclusa. Hæc nunquam onus restitutionis infert; sicut qui furandi animum habet, nihil rei ipsa furatur, nihil restituere debet. Mentalis, coniuncta cum exteriori officio, inducere onus restitutionis valet. Hæc mentalis usura, quam actus exterior, puta accellio supra formam, comitur, a reali distinguitur non penes rem externam, sed penes pactum. Realis quippe accessioem sperat, & accipit accessioem supra formam ex pacto aut implicito, aut manifesto. Mentalis vero accessioem hanc sperat, & recipit, omni exteriori pacto sublato.

III. Convenit penes omnes, mutuatorum usura mentalis ream esse, si sperat lucrum ex mutuo tantquam precium debitum: & si illud re accipit, tenetur ad restitutionem. Contra, si mutuatorius intendere reddere, ut precium mutui, accessioem aliquam, committit usure mentalis peccatum, etiam mutuator intendere illam accipere ut gratias donatum. Et tunc mutuator, prava intentione debitoris cognita, restituere id deberet in quo locupletior esset factus. Quando uterque pravo animo laborat, uterque peccatum usure mentalis committit; & mutuator restituere acceptum alingitur. Denique quando mutuator intendit lucrum ex mutuo, dum debitor revera gratias illud donat, tenetur illud restituere, si ignorat voluntatem liberalis debitoris; focus ea cognita. In praxi, nisi evidenter occurrant argumenta istius liberæ gratuitæ donationis,

presumendum est coacte datum esse; & restitutioni alstringendus creditor est. Quare si aliqua dubitatio oritur, sit ne gratuita donatio, presumendum est fuisse coactam: quia raro, & difficile homines gratis omnino dant: & in re adeo gravi, & periculosa tutor pars amplectenda est. Probabilitate docent, mutuatorem qui positive dubitat, sit ne gratuita accessio, habetque in utramque partem rationes probabiles, posse licite retinere lucrum. Sed tu cave ad hæc doctrinam, quam alibi labefactavi. His positis, quaestio proponitur.

IV. Quæst. I. *Licet ne intendere, & sperare aliquid ex mutuo?* Resp. Attento evangelico textu, superflua videtur quaestio. Et tamen inniores distinctiunculis, & argutionibus eam implicat. Primum omnium doctrina S. Thomæ, quam tradit 2.2. quæst. lxxviii. art. 2. retribenda est. *Si vero accipiat aliquid huiusmodi, non quasi exigens, nec quasi ex aliqua obligatione tacta, vel expressa, sed sicut gratuitum donum, non peccat: quia etiam, antequam pecuniam mutuasset, licite petere aliquid donum gratis accipere: nec peioris conditionis efficitur per hoc quod mutuavit. Recompensationem vero eorum quæ pecunia non mensurantur, licet pro mutuo exigere; puta benevolentiam, & amorem eius qui mutuavit, vel aliquid huiusmodi.*

V. Salmanticenses tract. xiv. cap. iii. punct. 4. num. 33. ad verba S. Thomæ, *gratis accipere, ex arbitrio adiciunt, & sic sperare.* Doctores sanctus hoc verbum *sperare* nec in toto hoc articulo, nec in tota Summa adhibet. Et cum significatum valde amplificet, ideo additio omitti debet. Nam aliud est accipere, & aliud sperare aliquid donum. Qui enim donum gratuitum sponte oblatum accipit, quoniam illud speravit, a quocumque usurae periculo immunis est. Qui vero illud & sperat, & accipit, periculo usurae, sub spe latitantis, est obnoxius. Non melater, S. Thomas in *disput. quæst. xlii. de malo art. 4. verbo sperare* uti; sed ab eodem in Summa ablinuit. Quæ non ideo dico, quali improbare quancumque spem gratuii muneris velim; sed ut ostendam, Angelicum Præceptorem castigatiori sermone um esse in Summa quam in disputatis.

VI. Ceterum quid ipse sentiam de hac intentione, & spe, breviter dico; & ad quaeritum respondeo, licitum esse cuiuslibet sperare benevolentiam, & amicitiam. Qui si aliquis ideo mutuum traderet, ut benevolam, & amicam sibi mutuatariam redderet, & hæc

esset potissima mutui ratio, ab omni culpa cum liberum alitero. Siquidem hæc gratuita beneficia eo retinet ut mutua benevolentia, & amicitia fovetur. Neque hæc sub nomine pecunie, vel pretii continetur.

VII. Quæst. II. *Licet ne lucrum sperare ex mutuo tantquam ex gratitudine debitum?* Resp. Ut peripha reponso præbeatur, ob oculos semper habendus est evangelicus textus: *Mutuum date, nihil inde sperantes.* Consideranda quoque est propositio damnata ab Innocentio XI. *Usura non est, dum ultra sortem aliquid exigitur tantquam ex benevolentia, & gratitudine debitum, sed solum si exigitur tantquam ex iniuria debitum.* Hanc damnatam thesim propagnavit plures iuniores, & nunc quoque extat in eorum operibus, quæ manibus omnium teruntur. Omnes latentur, sperare aliquid ex mutuo tantquam ex iniuria debitum, esse usuram mentalem. Disputatur tantum, sit ne licitum sperare lucrum ex benevolentia, vel ex gratitudine. Exigere aliquid tantquam ex gratitudine debitum, usura est, ut ex propositione damnata constat. Ergo si illud speras, usuram committis. Si enim vitiosa actio est, eundem quoque spes mala sit, necessum est. Neque exigere ergo licet, neque sperare aliquid lucrum tantquam ex gratitudine debitum. Verum sicut licet aliquid accipere ex gratitudine sponte oblatum, ita licet illud sperare. Quoniam tum nihil ex mutuo speras, sed tantum ex gratitudine: neque illud speras ut debitum, sed tantquam libere donatum. De hac sola spe loquitur S. Thomas in *disp. loc. cit.*

VIII. Caietanus 2. 2. quæst. lxxviii. art. 2. quem sequuntur Serra, Pradus, & plures alii iuniores, docet, non modo licitum esse habere hanc intentionem, & spem internam; sed insuper manifestare te posse hanc intentionem, dicendo te sperare tantquam debitum, & beneficium mutuo factum remanendum esse; dummodo ex pacto nulla exponatur obligatio. Sed hæc doctrina (inquunt Salmanticenses loc. cit. num. 34.) *non est coram avaris deturbanda, ne inde avaram accipiant palliandam usuras.* Coram avaris? An coram aliis? Doctrina hæc falsa est, & non coram avaris modo, verum etiam coram omnibus referenda, tantquam textui evangelico opposita, & periculum plena.

IX. P. Thomas Tamburinus ultra pergit *lib. VIII. cap. viii. §. 2. num. 6. ubi inquit. Ex dictis collige primum, licitum per se, & speculative esse, mutuantem etiam antequam mutuet, rogare, vel excitare mutuatariam, im-*